mili; [...]; [...]inus (?) filius Bonfilii I star. grani [...] debet; Bonius [...] II star. grani; Riccardinus et Henrigettus de S. Cristoforo; Barone; isti tres reddunt [...] granum et milium. In Vico Moriano: Cadoletus; Albertinus qd. Guiduccini, de terra [...]; Signorile; Cigus qd. Gerardi; Lambertuccius frater eius qd. (?) [...]; Mardo (?) qd. Vitalis Cavicchie. In Campo: III star. grani et III de milio. In Bacchia[no]: Catenaccio de Bacchiano; Gerardinus de eodeml. IIII (?) star. grani; Guido de vinea de Fredana. Item in Scopiccio: XVIII star. grani. Affictus: de Scopiccio: Scottus XVIII [...] XII star. grani. Affictus: Bellandinus XII star. grani [...]; VIII star. grani. Affictus: Glandolfinus VIII star. grani, XI star. et medium grani; frater Guidi VI star. grani. Affictus: Guido XIII star. grani, VII star. et medium grani. Affictus: Morellus VII star. grani, V star. grani. Affictus: Gratianus V star. grani, VI star. grani. Affictus: Valianus VI star. grani, VIII star. grani. Affictus: Anselminus VIII star. grani. De molendino de Massa Macinaria habuimus II star. grani et III si[...], item II star. milii mixti et II medice, item II star. medi[ce], II star. mixture, item II star. sagine et II star. mixture, [...] star. sagine et I mixture, item II star. mixture et medium, item [...] mixture; filia Malenoctis II star. grani decim(e?). A. MC octuagesimo VII. In Campo de Silice VI mod. grani, minus unum (?) star. et unus modius et medi(um) fabarum, III star. dedimus femine eiusdem loci. ¹⁸

Originale: L. I redditi furono spesso aggiunti nell'interlineo e non è sempre possibile di determinare la persona cui si riferiscono.

¹ Petrus fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco. ² Corretto da Baroncellus ³ Gerardus fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco. ⁴ Sopra Traina è scritto: o(biit). ⁵ Il passo de terra qd. Ugonis sembra cassato. ⁶ Segue: et in Carraria, cancellato. ⁷ Pare corretto da II ⁸ Corretto da Carriaria ⁹ Il passo da star. a S. Margarita è cancellato. ¹⁰ Di contro a sagine si legge: affictus V star. grani et III fabarum. ¹¹ È dubbio se il passo I star. grani, scritto dopo, debba riferirsi a Diversus, ovvero a Guidoctus, scritto dopo nello spazio lasciato in bianco. ¹² Seguono le parole: Riccomo de Massa Macinaria, cancellate. ¹³ Corretto da Baroncello ¹⁴ Così l'originale per Turingana ¹⁵ Corretto da Laçarus ¹⁶ Corretto da Martinus Segue: filius, espunto. ¹⁷ seguono le parole: Ugolinus de Potheole, cancellate. ¹⁸ Nel margine inferiore, sul recto: [...]rto habuimus XXI star. grani.

1569.

Lucca, 5 Gennaio 1188.

A. MCLXXXVIII, non. ian., ind. vi. Nos Paganellus sellaius¹ qd. Ildebrandini et Palia eius uxor et filia qd. Lupicini, mihi Palie consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Petri iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam offerimus tibi eccl. et canonice B. Martini pro animarum nostrarum et parentum nostrorum remedio duas petias de terris, q. esse videntur non procul a ponte de Verciano; prima est campus cum arboribus super se, que tenet: unum caput in terra et media fossa Bollionis qd. Gottefredi Rossi, alterum cum uno latere in viis publicis, alterum [l]atus in terra eccl. et canonice S. Reparate; secunda est ibidem, campus cum arboribus et capanna super se; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Rolanducci f. mei Paganelli, latus unum in terra suprascripte eccl. S. Reparate, alterum in terra et fossa episcopatus S. Martini. Has duas petias una cum omni iure et actione et proprietate nobis pertinente offerimus, reservando nobis usumfructum, donec ambo vel unus ex nobis vixerimus, et ego Paganellus libr. XII. den. Luc., quos debeam solvere canonici(s) suprascripte eccl. S. Martini, prout ego disposui aut disponam et debeam solvere suprascripte Palie, vel ubi ipsa preceperit vel disposuerit libr. XI, quas habui pro ea in dotem quod debeam ego Palia habere² a canonica S. Martini convenientem habitationem, si supervixero viro meo, vel den., unde possim habere convenientem habitationem, et post obitum nostrum sint in potestate canonice predictae terre et potestate presbiterorum et cl. q. pro tempore in predicta eccl. fuerint ordinati et in ea officium Deo fecerint, eas habendi et fruendi ad eorum tantum usum et utilitatem eccl. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Lucam dstringeret. Act. Luce, in capitulo suprascripte eccl. S. m. iugalium, Paganellus uxori sue consensit, et Palia omni iuri exinde sibi [pertin]enti de suprascriptis terris renuntiavit, sub predictis penis, et ego Petrus iudex et not. imp. Paliam inter[rogavi]. Preterea Paganellus voluit et iudicavit, ut Palia, donec vixerit, habeat usumfructum suprascriptarum terrarum, q. sunt per mensuram una cultra et quarra³ [...]; acta sunt, salvis et incorruptis

omnibus aliis instrumentis olim factis. [S.] m. Carindonis not., Ceci qd. Lupicini, Melotti f. Andree tt. Petrus sacri pal. iudex et not. Frederici imp.⁴

Originale: E. 90; Regestum A, c. 29 v. e c. 42; Regestum B, c. 31 v.

¹ *Il Reg. B: Paganello salano* ² *habere é nell'interlineo.* ³ *Il Reg. A.: cultra una et quarra* ⁴ *Il Reg. A aggiunge: Et ita, secundum istas duas offertiones: (cf. il reg. n. 1436) obtulerunt (Paganellus et Palia) nobis tres cultras terre. Has tenet ad medium quidam.*

1570.

Lucca, 5 Gennaio 1188.

A. MCLXXXVIII, non. ian., ind. vi. Ego Paganellus qd. Rambotti per hanc cartulam vendo et trado tibi Normanno Advocato qd. Sesmondini omnes casas et cassinas, terras et res cultas et incultas atque agrestas, quas Bencasanus qd. Mencucii de Palmatora a me detinet et que mihi obvenerunt ex compera quam feci a filiis qd. Pagani qd. Petri Corbi et Guidone de Molleone, sicut sunt et Bencasanus detinet, una cum omni iure et dominio, actione, proprietate et potestate mihi exinde pertinente. Pretium recepi libr. xi Luc. den. Me meosque heredes, tibi tuisque heredibus actores et defensores ab omni homine fieri promitto seu instituo atque obligo de meo facto et dolo tantum, et non aliter, sub pena dupli eius extimationis, consulum quoque et treuguanorum Luc. et Luc. potestatis presentium et futurorum, nec non libr. v arg. Act. Luce. Paganellus hanc cartulam fieri rogavit. Testes ad hoc vocati sunt: Advocatus qd. Sesmondini, Guinithellus qd. Ciabatti de Marlia, Ansaldinus tintor (?), presb. Ubertus de Palmatora, qui rogati tt. interfuerunt. Bartholomeus not. imp.

Originale: R. 70.

1571.

8 Gennaio 1188.

Breve recordationis de terris, q. sunt pertinentes eccl. et abatie S. Petri de l. Potheuli. Rofia dixit et confessus fuit se tenere a suprascripta abatia tres petias de terris, q. sunt in l. et fin. Paganico; prima est prope eccl. S. Marie de l. Paganico et est canpus cum arboribus; que tenet: unum caput in terra suprascripte eccl. S. Marie, alterum in terra aba-

tie, latus unum in terra Gottefredi qd. Donti, alterum in terra abatie et est star. XVIII, ad pert. mensuratam; secunda est ibidem et est ortus cum arboribus et cum capanna super se; que tenet: unum caput in terra abatie, alterum in via publica, anbo latera in terris abatie, et est star. VIII et medium; tertia est ibidem et est canpus cum arboribus: que tenet: anbo capita in viis publicis, latus unum in terra abatie, alterum in via publica, et est star. XVIII ad pert. mensuratam; unde solitus est reddere abatie omni anno de suprascriptis tribus petiis star. XII de grano et XII de milio. Iohannes confessus fuit se tenere a suprascripta abatia tres petias de terris; prima est ibidem prope eccl. S. Marie et est canpus cum arboribus; que tenet: anbo capita in viis publicis, anbo latera in terris abatie et est star. xv; secunda est ibidem et est canpus; que tenet: unum caput in terra abatie, alterum in terra Gottefredi Donti et aliquantum in via publica, latus unum in terra et media fossa Gottefredi Donti, alterum in terra abatie; tertia est ibidem et est canpus cum capannis super se; que tenet: unum caput cum anbobus lateribus in terris abatie, alterum caput in via publica et est star. XXI ad pert. mensuratam, unde solitus est reddere abatie omni anno de suprascriptis tribus petiis star. XII de grano et XII de milio. Damianus f. Tignosi confessus fuit se tenere a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est ibidem et est canpus cum arboribus; que tenet: anbo capita in viis publicis, latus unum in terra abatie, alterum in terra et media fossa Gottefredi Donti et est cultra una; unde solitus est reddere omni anno abatie star. VIII de grano et VIII de milio. Item suprascriptus Damianus et Tignosus pater eius confessi fuerunt se tenere a suprascripta abatia in alia parte unam petiam de terra, q. est ibidem, cum capanna et cum arboribus super se; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra suprascripte eccl. S. Marie, anbo latera in terris abatie et est cultra una et star. XIV, unde soliti sunt reddere omni anno abatie star. VIII de grano et VIII de milio. Romeus f. Rolandini confessus fuit se tenere a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est ibidem prope eccl. S. Marie et est canpus cum arboribus; que tenet: unum caput in terra hospitalis S. Ba(r)tholomei de Silce, alterum in terra abatie, latus unum in terra

Guicciardi qd. Boccacci, alterum in via publica, et est star. IV, unde solitus est reddere abatie omni anno star. II de grano. Curta fuga qd. Panfolle confessus fuit se tenere a suprascripta abatia duas petias de terris; prima est [in] l. Paganico, u. d. Campo da (A)lbaro et est canpus cum arboribus; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Gallichi et Gualdiberti et aliquantum in terra mea Curtafuga, latus unum in terra Gallighi, alterum in terra abatie, et est cultra una et star. X et tenet eam cum aliis suis consortibus; secunda est ibidem et est canpus cum arboribus; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra cum uno latere mea Curtafuga, alterum latus in terra hominum de Brancalo, et est star. VII; unde solitus est reddere abatie omni anno star. XI de grano et XI de milio. Item suprascriptus Curtafuga confessus fuit se tenere in alia parte unam petiam de terra, q. est in confinibus Capannore u. d. Lappeta; que tenet: unum caput in terra Guicciardi qd. Boccacci, alterum in terra Bandini de Capriatico, latus unum in terra mea Curtafuga, alterum in terra filiorum qd. Guilielmocci, et est star. III, unde solitus est reddere omni anno abatie unum star milii. Presentia: Godimani et suprascripti Curtefughe. A. MCLXXXVIII, VI id. ian., ind. VI. Suprascriptus Curtafuga coram me Mainardo not. omnes suprascriptas terras ad pert. mensuravit. Mainardus not. inp.

Originale: Q. 139. Cf. il reg. seguente.

1572.

8 Gennaio 1188.

Breve recordationis de terris, q. sunt pertinentes eccl. et abatie S. Petri de l. Potheuli. Magiorus et Mascarellus dixerunt et confessi fuerunt se tenere a suprascripta eccl. duas petias de terris; prima est in suprascripto¹ l. Paganico u. d. Acqualunga; q. tenet: anbo capita et anbo latera in terra hospitalis S. Iohannis de Capo de burgo, et est star. XXII et medium, ad pert. mensuratam; secunda est in l. Paganico; que tenet: unum caput cum anbobus lateribus in terris et mediis fossis suprascripti hospitalis, alterum caput in via publica et est star. XXI et medium, ad pert. mensuratam; unde Magiorus solitus est reddere abatie omni anno de duabus petiis star. VI de grano et VI de milio et Mascarellus

alia vi de grano et vi de milio. Martinus coiarius et Barba et Riccardinus eius filii confessi fuerunt se tenere a suprascripta abatia unam petiam de terra in l. Paganico u. d. in Sinirole et est canpus cum arboribus; que tenet: unum caput in terra et media fossa curie de Porcarii, alterum in via publica et in terra filiorum Pitoti et aliquantum in terra filiorum qd. Sassi et curie de Porcari, latus unum in terra curie de Porcari et filiorum Pitoti et aliquantum in terra filiorum qd. Sassi, alterum in terra Parisci qd. Gualtieri et curie de Porcari et est culre II et star. IX; unde soliti sunt reddere omni anno abatie star. XII de grano et XII de milio. Rossus qd. Pelegrini confessus fuit se tenere a suprascripta abatia duas petias de terris in l. Paganico; prima prope eccl. S. Marie et est canpus cum arboribus; que tenet: unum caput in via publica, alterum in semitula cum fossa infra se, latus unum in terra hospitalis S. Bartholomei de Silce et aliquantum in terra hospitalis de Lunata, alterum in terra abatie, et est cultra una ad pert. mensuratam; secunda est ibidem prope eccl. S. Marie et est canpus cum arboribus et capanna super se; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra abatie, latus unum in terra suprascripte eccl. S. Marie et in terra abatie, alterum in terra et media fossa suprascripte eccl. et in terra abatie et est cultra una et medium et star. II ad pert. mensuratam, unde solitus est reddere abatie omni anno star. xv de grano et xvi de milio de suprascriptis duobus petiis. Gisbertus et Guiscardus gg. qd. Ugolini confessi fuerunt se tenere a suprascripta abatia tres petias de terris, q. sunt ibidem prope eccl. S. Marie; prima est canpus cum arboribus; que tenet: unum caput in terra abatie, alterum cum uno latere in terra suprascripte * * , alterum latus in terra abatie et aliquantum in terra suprascripte eccl. S. Marie, et est cultra una et scale II, ad pert. mensuratam; secunda est ibidem et est ortus cum arboribus et cum casa et capanna super se; que tenet: unum caput in terra abatie et in terra suprascripte eccl. S. Marie, alterum in via publica, latus unum in terra suprascripte eccl. S. Marie, alterum in terra abatie et est star. XIII, ad pert. mensuratam; tertia est prope suprascriptam eccl. et est canpus cum arboribus; que tenet: unum caput in via publica,

alterum in semitula, latus unum in terra abatie, alterum in via publica et est star. XIX et medium ad pert. mensuratum, unde predicti gg. soliti sunt reddere abatie omni anno de suprascriptis tribus petiis star. XV de grano et XVI de milio. Presentia: Curtefughe qd. Panfollie et Godimanni. A. MCLXXXVIII, VI id. ian., ind. VI. Suprascriptus Curtafuga, estimator terrarum, coram me Mainardo not., omnes suprascriptas terras ad iustam pert. mensuravit. Mainardus not. inp.

Originale: Q. 169.

¹ *Deve riferirsi al reg. precedente.*

1573.

Pisa, 13 Gennaio 1188.

Clemens (papa). Guidoni archipresb. Luc. eccl. eiusque fratribus. Predecessorum nostrorum Gelasii, Eugenii, Anastasii, Adriani, Alexandri et Urbani vestigiis inherentes, antiquas eccl. vestre atque rationabiles consuetudines confirmamus etc. (come nella bolla di Urbano III, 1186 giugno 13, cf. il reg. n. 1539 fino a permaneat poi). In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ¹ eccl. S. Mathei de Fossa Natalis; extra civ.: eccl. S. Iocunde, eccl. S. Petri de Ponte Marchionis etc. (come nella bolla stessa di Urbano III fino a Corliano, poi). Dat. Pisis, per manum Moysi, Lateranensis canonici gerentis vicem canc., id. ian., ind. VI, a. MCLXXXVII, pontif. Clementis pp. III, a. I.

Originale: BB. 13. Sigillo di piombo. Copia del sec. XVII nell'Arch. Capit., cod.: P. 4 XI, c. 53. Pflugk-H., Iter Ital. 312, n. 859; Iaffé-L., n. 16116; Kehr, Italia Pontificia, III, 406, n. 48.

¹ *Qui si ha: Fabialla, Waldo*

1574.

Lucca, 4 Febbraio 1188.

A. MCLXXXVIII, prid. non. febr., ind. VI. Nos Guiducus et Ugolinus gg. qd. Lupicini per hanc cartulam, nomine antefacti seu donationis propter nuptias, donamus et tradimus tibi Bonedonne sponse mee Guiducci et filie Gerardi magistri, nostras portiones, q. sunt due portiones pro indiviso, vel si plus nobis pertinet, de sex petiis de terris in l. et fin. Palmatora; prima est vinea cum olivis in l. u. d. Casa Nuova; q. tenet: unum caput in via publica, alterum in

terra Belletti, latus unum in terra Pisticcii, alterum in terra Rustichelli; secunda est in l. u. d. Casa Vecchia et est vinea; q. tenet: unum caput in terra Bernardi, alterum in terra et casa Belletti, latus in terra Belletti, alterum in terra Pisticcii; tertia in l. Vorto, que est olivetum; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Belletti, latus unum in terra Pisticcii, alterum in terra Bernardi; quarta est olivetum ibidem; que tenet: unum caput in terra Bernardi, alterum cum uno latere in terra Belletti, alterum latus in terra Rustichelli; quinta est vinea et olivetum ibidem; que tenet: unum caput in terra Pisticcii, alterum in terra Artimiscii, latus unum in terra Bernardi, alterum in terra eccl. S. Marie de suprascripto l.; sexta est silva u. d. a Laiale; que tenet: unum caput in terra Bernardi, alterum in terra Belletti, latus unum in terra Martini, alterum in terra Bencasani. Similiter donamus et tradimus tibi unam petiam de terra, q. est olivetum, u. d. in Orto S. Marie; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra suprascripte eccl., latus unum in terra Gusmarretti, alterum in terra Pisticcii; de qua annuatim soliti sumus recolligere a presb. suprascripte eccl., pro ipsa eccl., per libellum in mense ian. den. v. den. Luc. monete. Meritum recepimus a patre tuo, pro te, anulum unum de auro. Pena dupli et sub penis consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et Luc. potestatis, que Luce pro tempore dominabitur. Act. Luce. Predicti gg. hanc cartulam fieri rogaverunt. Hec cartula tali tenore facta est, quod si contingerit me Guiduccium premori, te Bonadonna vivente, et aliquis meus heres post annum mei obbitus, infra dies LX proximos, post inquisitionem, dederit vel dare fecerit tibi Bonadonne vel tuis heredibus libr. vi et sol. x den. Luc. monete, hec evvanescat cartula; sin autem, deinde in antea sit firma et stabilis, sub suprascriptis penis. Preterea Guiduccius confessus fuit se habere in dotem de ea sol. XL den. et libratas XI de conredis. Testes Torellus f. Sighirolis et Angelus f. Baruchi et alii qui, rogati, suprascriptis omnibus interfuerunt. Henricus imp. not.

1575. *Chiesa di S. Sensio (Lucca), 18 Marzo 1188.*

Iacobus iudex f. Cervasii et Brunus de Baltho Luc. causarum consules treguani, infra Luc. civ., in eccl. S. Senthii residentes, investierunt Schettham advocatum eccl. et canonicè S. Martini maioris eccl. Luc. civ. pro ipsa canonica, quatinus per eorum parabolam et (ex) eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter pro eccl. S. Martini, sit et intret in tenere et in possessione vel quasi de placito et districtu Masse Macinarie, quatinus predictus advocatus et ipsi canonaci S. Martini et eorum successores vel alia persona pro eis habeant potestatem liberam et licentiam placitandi et distringendi omnes homines mares et feminas, puellas et pueros habitantes in ipsa Massa Macinaria, sine¹ omni contradictione et molestia et inquietatione Gualandi de Vurno et eius missi et eius heredum, nec de cetero Gualandus se inde intromittat de predicto placito vel districtu, immo quiete et in pace permittat canonicam et canonicos habere omne predictum placitum et districtum in omnibus et per omnia, sicut debet habere aliqua persona, q. habet aliquam iurisdictionem in aliquo l. vel aliquibus locis seu personis, neque vim faciat alicui de predictis personis, q. modo ibi sunt vel in antea erunt, placitando vel distringendo, vel aliquam exactionem ab eis exhigendo; qui Gualandus una vice pro tribus inquisitus ad iustitiam faciendam venire contempsit; tali pacto lege et tenore, quod quacumque die dehinc ad unum proximum annum venerit, dato convenienti pignore in manibus consulum treguanorum, ad eorum voluntatem, et reddito primum quod pro hac investitione datum est, scilicet: sol. l. pro dato civ. et sol. iii de breve isto et den. vi pro missis et not., hec possessio et teneris imissio in eum revertatur, suprascriptus advocatus et canonaci lucrentur fructus huius investitionis pro rata temporis, habendo potestatem liberam et licentiam placitandi et distringendi omnes habitantes in ipsa Massa Macinaria. Si post annum Gualandus venerit, dato pignori, et semper ante et post annum, antequam causa inde fiat vel rationem habeat, reddat expensas, quæ pro investitione date sunt, nisi in quantum consules treguani cognoverint hanc possessionem fraudulenter fore petitam in totum vel in partem, tunc de eo in quo fraudem admiserunt, nichil

reddi faciant et fructus, predicto modo perceptos, fraudatorem restituere cogant, et post annum Gualandus gravetur honore petitoris et suprascriptus advocatus et canonaci fruuntur quomodo possessoris, quia in rem agunt, et salva ratione omnium aliarum personarum. Hec acta sunt in presentia: Guidonis qd. Bertrami et Rinbaldi qd. Silvestri et Bandini not. f. Alberichi. A. MCLXXXVIII, xv kal. apr., ind. vi. Petrus f. Gerardini prenominati Leccamolini, imp. iudex et not.

Originale: O. 120.

¹ —ne nell'interlineo.

1576. *Chiesa di S. Sensio (Lucca), 17 Giugno 1188.*

Causa seu lis, q. vertebatur inter Antelminellum qd. Antelmini et Schessam qd. Rolandi advocatum eccl. et canonicè S. Martini, pro ips[a] canonica, delata fuit coram Uberto Gallete atque Bruno de Baltho Luc. causarum consulibus treguanis, in eccl. S. Sentii residentibus, inter eos ad diffiniendum per sententiam, talis erat: Petebat Antelminellus a Schesa, ut non inmictat neque inmictere faciat, neque proiciat neque proicere faciat per se vel per aliquem suprascripte eccl. inquilinum (vel) per aliquam aliam personam aquam vel aliam immunditiam per murum case predictæ eccl. et per murum a via publica, ita quod per viam publicam fluat vel labatur. Schessa negabat. Litem, legitime ventilatam, consules taliter per sententiam finierunt, dicentes: Antelminellum ut non imbriget facere Schesse aquarium per murum suprascripte case hoc modo, scilicet: ut non immictatur aquarium neque aquam neque aliqua putredo extra murum predictum neque murus madescat ex parte vie usque ad terram et ab inde in antea sit coperta via usque ad carrariam, recto ordine, et murus remaneat mundus et purgatus, condemnauerunt. Presentia: Baroncelli qd. Palarmini et Ugolini qd. Gottefredi et Ubertelli qd. Ubaldini. A. MCLXXXVIII, xv kal. iul., ind. vi. Bardinus Frederici Romanorum imp. eiusque f. regis Henrici not. hec, precepto consulum treguanorum, publicis litteris descripsi.

Originale: M. 164. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* Hospitale S. Martini.

1577.

23 *Giugno* 1188.

“ Tenere S. Martini super Gualandum iudicem de quinque petiis terrarum in Domeçano; que terre in ipsa cartula tenute continentur; prima a la Borra; secunda a Somaio; tertia a Pastinello; quarta u. d. al Piano, olivetum; quinta, vinea, u. d. Vignale; de quibus recolligebat unam somam musti et 1 libr. olei. Capita et latera in ipsa carta tenute continentur. Petrus Gerardini Leccamolini fecit cartam. A. Domini MCLXXXVIII, non. kal. iulii „.

Regestum A, c. 2 v.

1578.

13 *Luglio* 1188.

“ Gualtroctus qd. Schiatte et nepos assingnaverunt Luc. capitulo omnes redditus, quos habent in pleberio Arliani pro decimatione; ut continetur manu Guillelmi not. sub anno natiuitatis Domini millesimo centesimo octuagesimo octavo, tertio idus iulii, indictione sexta „.

Regestum B, c. 78 v.

1579.

Lucca, 2 Agosto 1188.

A. MCLXXXVIII, IV non. aug., ind. VI. Nos¹ Tabernarius qd. Martini et Bonafilia eius mater et filia qd. Cigulini et Maria uxor et f. qd. Ringi, mihi Bonafilie consentiente suprascripto f. et mundualdo meo et mihi Marie consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Petri iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Guilielmo f. Salomonis unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. et fin. Marlie, in capella S. Donati; que tenet: unum caput in terra nostra, quam nobis reservamus, alterum in via publica, latus unum in terra comunale nostra et de nostris consortibus, alterum in terra et media fossa Tosci. Hanc petiam una cum omni iure et actione et proprietate nobis pertinente tibi eam vendimus et tradimus et cedimus atque mandamus. Recepimus pretium lib. VII den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Lucam distringeret. Act. Luce. S. m. iugalium et Bonafilie, Tabernarius

predictis mulieribus consensit; et predictae mulieres omni iuri exinde sibi competentibus de suprascripta terra renuntiaverunt, et ego Petrus iudex et not. imp. predictam Mariam interrogavi. Preterea Tabernarius Guilielmo convenit et promisit et se, suosque heredes et omnia bona sua, iure pignoris, obligavit, si ipse vel eius heredes venerint in dampnum vel menimantiam de suprascripta terra, quod ipse emendabit et restaurabit ei infra unum mensem, post inquisitionem proximum, sub predictis penis. S. m. Baroncelli qd. Gherbilibi, Salamonis qd. Durathi tt. Petrus sacri pal. iudex et not. Frederici imp.

Originale: I. 68.

¹ Nos è scritto su rasura.

1580.

Lucca, 17 Agosto 1188.

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., in eccl. S. Lucie, presentia bonorum hominum, quorum nomina inferius scripta sunt, Tabernarius qd. Martini per cartam, quam in sua detinebat manu, investivit Guilielmum f. Salamonis, quod ipse et sui heredes ac proheredes dabunt ei vel suis heredibus ac proheredibus per singulum annum in mense aug. tractum et paratum ad Lucam ad casam habitationis sue III star. de bono grano sicco et rationabiliter mundo et III star. de milio cum iusto star. Luc. venditorio, habendo ille, q. hoc representaverit, panem et vinum et compenaticum cum rectitudine, de una petia de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. et fin. Marlie, in capella S. Donati; de qua Guilielmus Tabernarium hodie per tenimentum et perpetuam locationem investivit; et tenet: unum caput in terra suprascripti Tabernarii, alterum in via publica, latus unum in terra suprascripti Tabernarii, alterum in terra et media fossa Tosi. Spopondit Guilielmo si, sicut supra scriptum est, observatum non fuerit, aut si terram dereliquerint, componere penam arg. libr. x, insuper penam consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Lucam distringeret; unde Guilielmus dedit ei meritum, anulum arg. ad confirmandam omnia suprascripta. In presentia: Ba-

roncelli qd. Gherbilii, Strufaldi qd. Bonoti. A. MCLXXXVIII, XVI kal. sept., ind. VI. Petrus sacri pal. iudex et not. Frederici imp.

Originale: I. 82.

1581.

Lucca, 23 Settembre 1188.

Guido Luc. eccl. archipresb., cum consilio et accordamento Damiani presb. et primicerii et Rolandi diac. et cantoris et Mathei presb. et camerarii et Giaffarii et Tolomei, Caronis et Alberti presbiterorum et Romei diac. et magistri Hermanni et Bolgarini, omnium decem canonicorum supradicte eccl., pro universo capitulo, intuitu pietatis et [in]tuitu ecclesie Ss. Domnini et Sigismundi et gratia presb. Beni, capellani ipsius capelle, et Bacarelli patru sui, dedit, tradidit et concessit atque largitus est eccl. S. Domnini et supradicto presb. B(eni), recipienti pro iamdicta capella, ut omnes habitantes et habitaturi in perpetuum in domibus Henrici Guarminelle, Rolandi qd. Bulsi, Guidoni qd. Gallighe, Bernardi eiusdem Gallighe et Tachi et in qua Guilielmus not. habitat, et Anfassi et Henrici qd. Moretti, habeant licentiam eundi ad divina officia audienda in prefata eccl. S. Domnini et habeant vicini illi ius et potestatem et licentiam conferendi honorem et oblationes predicte capelle, tamquam ad suam capellam, et eos presentes et futuros vicinos et capellanos constituo, facio et assigno in omnibus, excepta sepultura maiorum, de quibus tintinnabulum, secundum antiquam et diu detentam consuetudinem, pulsabitur, dando supradicto presb. B(eni) et suis successoribus et supradicte capelle liberam licentiam et potestatem eos habendi vel quasi possidendi, vel quasi et convocandi. Hec acta fuerunt, Luce, in supradicta canonica, in presentia Benedicti custodis campanilis et Aliotti qd. * * A. MCLXXXVIII, IX kal. oct., ind. VII. W(ilielmus) not. imp. supradictis interfui et, ex iussione Guidonis archipresb., in publicam scripturam redegei.

Copia inserta nella bolla 1190, aprile 10: B B. 36. Cf. il reg. n. 1609 e Kehr, Italia Pontificia, III, 410, n. 1.

1582.

21 Dicemb̃re 1188.

Furicone, Vivianus, Guitone, Orsellus, Bonvillanus, Ranuccius, Pegolottus, Diversus, Bellone, Guidottus, Ruspilius, Aldibrandinus, Bonfiliolus, Bellandus, December, quisque per Domini evangelia iuravit comandamentum et comandamenta canonicorum S. Martini Luc. episcopatus (si ?) contra facient, ei per litteras vel missum vel aliquis eorum pro canonica, facient et possint discomandare. A. MCLXXXVIII, XII kal. ian., ind. VII. Iacobus Ottonis Romanorum imp. not. et imperialis aule iudex ordinarius hec omnia, ut in rogito scripto manu Guillelmi not. et eius signo et nom. confirmato inveni, scripsi hac etiam de voluntate et parabola Arrigi f. qd. suprascripti Guillelmi in publicam scripturam redegi et meo signo et nom. in posterum confirmavi.

Carta del sec. XIII di Iacobus ecc.: O 131. Nel verso, da mano del sec. XIII: Sacramentum quorundam hominum de Massa Macinaria.

1583.

3 Febbraio 1189.

Breve recordationis de terris, q. sunt pertinentes eccl. et abatie S. Petri de l. Potheuli. Gottefredus plebanus eccl. et plebis S. Fridiani de l. Lunata dixit et confessus fuit se tenere a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est in l. Lunata, prope plebem u. d. a Pomaio et est canpus cum arboribus; que tenet: unum caput in terra, quam Iordanus et Iohannes et Todus detinent, et aliquantum in via publica, alterum in terra Crescionis qd. Grattonis et Lotteri et Bencasani qd. Albonecti et Neri qd. Dominichelli, latus unum in terra Dulcis not. et in terra quam Roncione qd. Bacarelli detinet, alterum in Ausare, et est due cultre et media quarra, ad pert. mensuratam, et unde solitus est reddere abatie omni anno star. ⁱ XVII de grano et tantundem de milio, iusto star. Luc. venditorio. Pascius qd. Bacarelli confessus fuit se tenere a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est in l. Lunata, prope domum iandicti Pasci et est canpus cum arboribus; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Soffreducci, cum semitula infra se, latus unum in terra suprascripti Pasci, alterum in terra filiorum qd. Colum-

bini et est ad pert. mensuratam star. xxvi et medium, unde solitus est reddere abatie omni anno star. xii de grano et xii de milio. Item predictus Pascius et Guarthone qd. Guiducci confessi fuerunt se tenere a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est in l. Lunata u. d. in Aiatico et est canpus cum arboribus; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Montanini qd. Cantarelli et Benestanti qd. Landuini, cum semitula infra se, latus unum in terra Villani qd. Tadolini, alterum (in terra) suprascripti Villani et aliquantum in terra Uberti qd. Soffreducci, cum tota fossa, q. est ad pert. mensuratam cultra una et star. ix et medium, unde Pascius solitus est reddere abatie omni anno star. vi de grano schetto et Guarthone alia vi star. de grano schetto. Presentia: Curtetughe qd. Panfolie et Godimanni qd. * * . A. MCLXXXIX, iiii non. febr., ind. vii. Predictus Curtafuga, mensurator terrarum, coram me Mainardo not, omnes suprascriptas terras ad iustam pert. mensuravit. Mainardus not. imp.

Originale: E. 142. *Nel verso, di mano dello stesso Mainardus:*
De terris de Lunata.

¹ star. è nell'interlineo.

1584.

Lucca, 12 Febbraio 1189.

A. MCLXXXIX, prid. id. febr., ind. xii'. Nos Greppus qd. Bonfilioli et Pierus qd. Martini atque Canpanile qd. Guiducii per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Buono presb. eccl. S. Martini de Valprimaria, ad partem et proprietatem suprascripte eccl., omnem actionem, locationem, libellariam, tenimentum, melioramentum et usum atque omne ius, quod nobis pertinet de una petia de terra cum casa et ortalis cum arboribus et vitibus super se, que est in suprascripto l., per quam viam publicam currit per medium et tenet: unum caput in Rutrignano, aliud in terra Porcelli cum tota fossa infra se, latus unum in terra Galligi qd. Galligi, ita quod tu et tui successores nobis et nostris heredibus ac proheredibus omni anno per totum mensem ian. (debeat), in qualicumque loco nos inveneritis, unum den. Luc. monete. Recepimus pretium libr. vi Luc. den. Pena dupli et insuper

xii libr. Luc. den. et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et sub pena canonicorum S. Martini. Act. Luce, in ecclesiae S. Michaelis canonica. S. m. Greppi et Pieri et Canpanile. S. m. Venture f. Corsi, Bonacursi qd. Gerarducii, Rope qd. Bellamani, Salamonis qd. Gerardini tt. Appollonius not. imp.

Originale: D. 115.

¹ *Nel febbraio 1189 correva l'ind. VII.*

1585.

Lucca, 16 Marzo 1189.

A. MCLXXXIX, xvii kal. apr., ind. vii. Nos Ildebrandinus, prenominate Boccaibarile, et Cristina eius uxor, mihi Cristine consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Petri iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam pro animabus nostris et parentum nostrorum remedio offerimus tibi eccl. et canonice B. Martini, recipienti pro ipsa eccl. Matheo presb. et can. et camerario canonice, unam petiam de terra nostra, q. est campus cum arboribus, in l. et fin. Nave, prope pontem S. Petri; quę tenet: unum caput in flumine Serculi, alterum in terra et media fossa Rolandi qd. Grilli, latus unum in terra Rossi qd. Henrichetti, alterum in terra et media fossa mon. S. Pontiani; item unum star. grani et unum milii in perpetuum super omnes¹ illas terras cultas et incultas atque agrestes, quas habemus in l. et fin. Villore; una cum omni iure et actione et proprietate nobis pertinente. Offerimus, ut a presenti die in antea, tam in vita nostra quam et post obitum nostrum sit in proprietate ipsius eccl. et potestate presbiterorum et cl., qui pro tempore in predicta eccl. fuerint ordinati et in ea officium Deo fecerint, eam habendi et fruendi, ad eorum tantum usum et utilitatem suprascripte eccl. Pena dupli et sub pena consulum et treuguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, intus claustrum suprascripte canonice. S. m. iugalium; Ildebrandinus uxori sue consensit; et Cristina omni iuri exinde sibi competenti de suprascriptis terris et rebus renutiavit; et ego Petrus² iudex et not. imp. his omnibus interfui et Cristinam

interrogavi. S. m. Lotterii qd. Sinibaldi, Petri et Marchi de l. Gualdo, Alberti qd. Gerardi tt. Petrus² sacri pal. iudex et not. Frederici imp.

Originale: B. 55; *Regestum B,* c. 29.

¹ omnes è scritto su rasura. ² È lo stesso Petrus

1586.

Lucca, 30 Marzo 1189.

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., in canonica eccl. B. S. Martini bonorum virorum presentia, quorum nomina subter leguntur, lis et controversia, q. vertitur inter Schetsam advocatum eccl. et canonicè S. Martini, pro ipsa eccl. litigantem, ab una parte, et Guilielmum qd. Malusi litigantem, ab altera parte, commiserunt ad diffiniendum in presb. primicerium Damianum et presb. Matheum camararium predictæ eccl., quod quicquid inde dicerent et laudarent, firmum et ratum habebunt et tenebunt omni tempore, et sic inter se investitionem dederunt et se, suosque successores, suosque heredes obligaverunt, sub pena xxv libr. et consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et potestatis, que Lucam distringeret. Lis talis erat: dicebat Guilielmus quod vendiderat quandam domum, q. est in l. S. Reparate; que tenet: capita et latera, sicut inveniuntur, quam per quondam uxorem suam Bertam qd. Secchi habebat per libellum a suprascripta eccl., renovatum in perpetuum, unde reddebat anuatim sol. vii Luc. monete Buiamonti qd. Benecti Sancti; et dicebat, quod canonaci S. Martini convenerunt predictum Buiamontem de ipsa venditione et quia ostenderunt ei libellum finitum et non renovatum, fuit condempnatus Buiamonte, ut redderet anuatim predictæ canonice sol. x den. Luc. et fuit condempnatus dare canonacis libr. x Luc. monete, de quibus x libr. Buiamonte convenit predictum¹ Guilielmum,² ut redderet sibi x libr., unde Guilielmus condempnatus fuit restituere Buiamonti libr. x; unde Guilielmus, quia quasi in dolo per ostentionem libelli finiti et non renovati vicerant canonaci a Buiamonte x libr., Guilielmus petebat a suprascripto advocato pro eccl. reddi sibi x libr. Advocatus negabat sibi ostendisse finitum libellum. Ex alia parte advocatus, pro eccl., petit a Guilielmo star. xviii inter granum et fabas cap(itale?)

per medium et IX star. pro pena et expensas factas pro tenuta civ. et star. XII granum et fabas vel milium, per medium. Guilielmus confitetur. In Dei nom., amen. Nos presbyteri Damianus et Matheus, ab utraque parte electi, litem taliter diffinimus, Schetsam pro eccl. a petitione x libr. absolvimus, et Guilielmum, ut eccl. et advocatum de x libr. non imbriget et cartulam finiti libelli de casa advocato restituat, vel eam cancellet condempnamus et ab omnibus aliis petitionibus Guilielmum absolvimus, salvis redditibus VI star. blave per annum ab odie in antea et advocatum Guilielmo cartam tenute reddat condempnamus. In presentia: Bernarducci f. Normannini, Henrichi qd. Bandini Chiavari, Bonaccolti qd. * * . A. MCLXXXIX, III kal. apr., ind. VII. Supradicti homines ibi fuere. Guido iudex et not. sacri pal. Frederici imp., ex precepto laudatorum, in publicis literis (hec) descripsi.

Originale: E. 16.

¹ *Corretto da predicto* ² *Corretto da Guilielmo*

1587.

Lucca, 24 Maggio 1189.

A. MCLXXXIX, IX kal. iun., ind. VII. Nos Bonus qd. Bonichi et Soffia uxor eius et qd. filia Dolopascii, mihi Soffie consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Rolandi iudicis imp., a quo interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendi[mus et tradimus tibi] Ozie presb. et abb. S. Petri de Potheuli, ad partem illius eccl. et abbacie, unam [petiam de terra], q. est campus cum arboribus super se, in l. u. d. Rotta, in confinibus de Tassignano; et tenet: unum [caput in via] publica, alterum in terra Sofreduccii qd. Ugolini de Tassignano cum dimidia fossa, latus unum in terra et dimidia fossa suprascripti Sofreduccii et in terra et dimidia fossa Gallighi et Gualdiberti gg. ff. Gelse et aliquantum in via publica, aliud in terra eccl. S. Stefani de suprascripto l. Tassignano, quam nos tenemus, cum media fossa, et aliquantum in terra Dainesi qd. Pagani cum dimidia fossa; quam una cum omni iure et actione et proprietate nobis pertinente, tibi vendimus et tradimus; que est cum pert. mensurata mod. II. vel si p(l)us est. Pro quibus pro te in veritate recepimus pretium libr. XLV Luc. den. a Riccio converso,

qui den. fuerunt de casa q. fuit vendita Deotiaiuti qd. Buia-
montis, que est in Taberna et fuit Boniacursi qd. Romite.
Pena dupli, insuper arg. libr. xx et sub pena Luc. consulum
et treuguanorum et potestatis qui vel que pro tempore fue-
rint. Act. Luce, apud S. Cristophorum. S. m. iugalium;
Bonus uxori sue consensit. S. [m. ...]ni f. Curtafughe, Ughi-
cionis qd. Martini tt. [Rolandus iudex] sacri pal. qui ad su-
prascripta interfui ss. Dulcis not. imp.

*Originale: H. 99. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Dulcis: Suprascripti iugales precariam possessionem roga-
verunt a Riccio converso, quousque ipse vel alius pro abbazia pos-
sessionem ingrediatur. Suprascripti tt. et locus et datale.*

1588.

Capannori (Lucca), 16 Luglio 1189.

A. MCLXXXIX, XVII kal. a(u)g., ind. VII. Nos Dominicus
qd. Bonfilioli de Capannore, de vicinia q. v. Capriatico, et
Bolgia uxor suprascripti Dominichi et filia Ubertelli et Mar-
tinus f. suprascripti Dominichi et Schiphana uxor eius
et filia Gatti, et Vitali f. item dicti Dominichi (et) Bona-
femina uxor eius et filia Lotterii de Quarto, mihi Bolgie
consentiente viro meo, et nobis Martino et Vitali consentiente
patre nostro et nobis Schiphane et Bonafemine Dominico
socero nostro et viris nostris nobis consentientibus, interve-
niente nobis tribus mulieribus notitia Glandonis iudicis regis
Henrigi, a quo interrogate sumus secundum edicti paginam,
per hanc cartulam pro animabus nostris nostrorumque paren-
tum remedio offerimus tibi eccl. et mon. B. Petri de l. Pot-
theuli unam petiam de terra, q. est ortale cum arboribus,
posita in confinibus ville de Capannore in l. u. d. sub Ca-
priatico; que tenet: unum caput in via publica, alterum in
terra Pimcionis et Belloni gg. qd. Corsi, latus unum in terra
Viviani de Lisschia, alterum in terra et media fossa Bandini
de Capriatico. Suprascriptam petiam, cum omni iure et actio-
ne et dominio seu proprietate nobis ex ea vel pro ea perti-
nente, tibi offerimus, quatinus a presenti die in antea, tam
in vita nostra quam et post obitum nostrum predicta omnia
sint in potestate et proprietate predictae eccl. et abbatis et
monacorum, q. pro tempore in predicta eccl. fuerint ordinati
et in ea officium Deo fecerint, predictam terram habendi et

fruendi, ad eorum tantum usum et pauperum atque utilitatem predictæ eccl. Pena dupli et sub pena libr. x den. Luc. monete, sub pena quoque consulum et treguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, quæ Luce pro tempore fuerit. Act. in villa de Capannore, in domo nostra. S. m. iugalium; Dominicus uxori sue et filiis et nuribus consensit, et Martinus et Vitali uxoribus consenserunt et Glando iudex ad suprascriptas tres mulieres interrogandas interfuit et eas diligenter interrogavit. Preterea dicte mulieres, consensu virorum suorum et notitia dicti Glandonis, renumpsiaverunt omni iuri et rationi quæ habebant in predicta terra iure dotis vel antefacti aut morgincap vel ullo alio modo, et si quod ius in ipsa terra habebant, ecclesie et mon. dederunt. S. m. Iustatii qd. Aimellini, Rubertini qd. Gufi, Amgiorelli tabernariorum de Luca, Godomanni de Capannore tt. Glando not. Federigi imp. et eius f. regis Henrighi iudex.

Originale: Q. 48.

1589.

16 Luglio 1189.

A. MCLXXXIX, XVII kal. aug., ind. VII. Nos Adaleita qd. Baronciuchi et relicta qd. Armani et Iohannes et Rainerius atque Blancus adultus gg. ff. eiusdem Adaleite, consentiente michi Adaleite suprascriptis ff. meis, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Ozie abb. mon. S. Petri de Potheoli, ad opus mon., duas petias de terris, q. sunt campi, in l. et fin. Paganico u. d. Cognolo; prima tenet: unum caput in via, alterum in terra Benectonis de Lischia, ¹ latus unum in terra Perfecti qd. Benecti, alterum in terra Martini; secunda tenet: unum caput in terra Villani, alterum in terra filiorum Riccardini, latera ambo in terra suprascripti Martini et suprascripti Perfecti. Has petias una cum omni iure et actione et proprietate nostra tibi vendimus et tradimus. A te pretium confitemur recepisse libr. XIII et sol. VI et den. VIII Luc. den. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, que Lucam distringeret. Se et heredes et omnia bona obligaverunt. Act. Luce. Post hec prefatus abbas investivit venditores eisque et heredibus ac proheredibus prefatas terras per tenimentum et perpetuam locationem dedit. Reddere debeant

prefato abati et suis successoribus, ad domum prefate abathie, omni anno in mense aug. star. VIII de bono grano, iusto star. modo currente; et obligavit se abbas et successores, quod, donec eis, ut dictum est, annuatim solutum fuerit, quod eis terram non retollent, nec aliquid amplius superinponent, sub pena consulum;² et Adaleita et Iohannes atque Rainerius pro se et nominatim pro eorum fratre adulto obligaverunt se et heredes ac proheredes terram tenere et laborare et omni anno, ut dictum est, reddere sub omnibus suprascriptis penis; et Blancus ad sancta Domini evangelia iuravit tenere firmum contractum omni tempore et si dampnum contingerit abathie per rationem vel usum Luc. civ., quod reddet et restaurabit dampnum abathie infra xx dies post inquisitionem et ad terminum et terminos semper similiter observabit; et hoc idem iuraverunt iamdicti fratres Bianchi. S. m. venditorum; et suprascripti gg. matri consentierunt. S. m. Rolandi iudicis et Rolandini qd. Malagallie et Iuncte qd. Arrighi tt. Lucchese not. imp.

Originale: Q. 168.

¹ *Corretto da Liscia* ² *Segue come sopra.*

1590.

Lucca, 16 Luglio 1189.

A. MCLXXXIX, XVII kal. aug., ind. VII. Ego Leppus qd. Baronciuchi per hanc cartulam vendo et trado tibi Ozie abb. mon. S. Petri de Potheoli, ad opus mon., unam petiam de terra, q. est campus, in l. et fin. Carraia u. d. in Trebio; que tenet: unum caput in terra et media fossa filiorum qd. Usaldini, alterum in terra Guidi causidici qd. Rolandi, latus unum in terra et media fossa Bartholomei de Colognora, alterum in terra Aldibrandini qd. Rainerii. Hanc petiam una cum omni iure et actione et proprietate mea tibi vendo et trado. A te pretium confiteor recepisse libr. XXVI et sol. XIII et den. IV Luc. denariorum. Pena dupli et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, que Lucam distringeret. Act. Luce. Post hec prefatus abbas investivit Leppum eique et suis heredibus ac proheredibus prefatam terram per tenimentum et perpetuam locatorem dedit, ita tamen, quod reddere debeant ad domum aba-

thie omni anno in mense aug. star. xvi de bono grano, iusto star. modo currente, et obligavit se abbas et suos successores, quod donec ut, dictum est, solutum fuerit, ipsi eis terram non retollent, nec aliquid amplius superinponent, sub pena consulum et treuguanorum Luc.,¹ et Leppus obligavit se et suos heredes ac proheredes terram tenere et laborare et, ut dictum est, reddere sub suprascriptis penis. Insuper Leppus ad sancta Dei evangelia iuravit, si quod dampnum eveniret abathie de compera per rationem vel usum Luc. civ., quod restaurabit dampnum infra xx dies post inquisitionem et ad terminum et terminos semper observabit, et Godomannus qd. Martinelli fideiussit in omnem predictam causam, obligando se atque sua bona, si dampnum eveniret abathie per rationem vel usum Luc. civ., et restaurabit dampnum infra xx dies post inquisitionem, sub suprascriptis penis. S. m. Leppi.²

Originale: H. 5.

¹ *Segue come sopra.* ² *Prosegue il reg. seguente.*

1591.

17 (?) *Luglio (1189).*

Postea, alia die Berta uxor Leppi et qd. Allegretti, consensu viri et notitia Rolandi iudicis Guamignani, a quo interrogata fuit, promisit et convenit suprascripto abati tenere firmam omni tempore venditionem, quam Leppus fecit abathie, et renuntiavit omni iuri suo, quod habet in suprascripta terra dotis vel antefacti vel pignoris vel ypothece vel quarti; in presentia: Ronciliati qd. Ildebrandi et Sonni qd. * * . S. m. Rolandi iudicis Guamignani et Rolandini qd. Malagallie et Iuncte qd. Arrighi tt. Lucchese not. imp.

Originale: H. 5. *Nel verso, da mano del sec. XII-XIII: Carte de terris, quas tene Romeius de Carraria.*

¹ *Così prosegue il reg. precedente, scritto nello stesso tempo nella medesima carta.*

1592.

Lucca, 18 Luglio 1189.

Brevis descriptus causa memorie, qualiter hoc actum fuit infra Luc. civ., in canonica eccl. S. Martini Luc. episcopatus bonorum virorum presentia nomina quorum inferius apparebunt descripta, Damianus primicerius eccl. S. Martini Luc. epi-

scopatus, infirmus lecto iacens, sane tamen mentis ac recte loquens, inter alia iudicia et dispositiones quas fecit, iudicavit suprascripte eccl. S. Martini, ad opus sacristie, unam cultram et unam scalam terre, quam emit, ut dixit, a Pandulphino libr. XLIV et sol. VIII, ut continetur in cartula scripta manu * * not., et unum pluvialem de sciamito vermilio et suum paramentum totum, et unicuique canonicorum sol. x, et libr. xx ad edificandum refectorium et ibi expendendum et non alibi. Presentia: Studiati et Pieri gg. qd. Viviani et Guidocti f. Angeli. A. MCLXXXIX, xv kal. aug., ind. VII. Guilielmus not. imp.

Originale: P. 4; Regestum B, c. 6 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XIII: In via Mecana.

1593.

Pescia, 6 Agosto 1189.

Lis et controversia vertebatur inter Iacobum not. advocatum mon. S. Petri de Potheole, facientem causam pro mon., ex una parte, et Stefanum qd. Olivoli, facientem causam pro se et Bene qd. Ricii et Mobilia uxore eius et pro Aconciata uxore predicti Stefani et Amico qd. Cecii et Amata uxore eius et Martio qd. Rodolfini et Bona uxore eius et Blanco qd. * * et Berta uxore eius et Gratiano qd. Bennetti et Dulcera uxore eius, ex altera parte, que talis erat: petebat Iacobus pro mon. a Stefano, ut ipse et alie suprascripte persone recipiant salvum cambium a predicta eccl. ad arbitrium Gualandi iudicis secundum estimationem terre et aqueductus, quam et quem locaverunt monasterio, ut in cartula facta manu mea Aldrici iudicis ac not. continetur, ita tamen, quod si non obtinuerit in predicta petitione, ut rescindatur contractus locationis et conductionis, inter eos habitus, ita ut minuatur contractus locationis et conductionis in tantum, quod annuatim ipsa eccl. non debeat dare nisi unum star. millii et unum panici, vel recipiant predictam terram cum edificio, quod ibi est, et dent sibi xx libr. Luc. den., vel si abbati placuerit, permittat ipsum edificium inde auferre. Item petebat, ut destruant murum seu maceriem lapidum, in quantum est ante sepem illorum in via, per brachium et dimidium et secundum quod designabit. Stefanus negabat et opponebat, quia

ille non erat advocatus et non poterat agere et quod eccl. non fuit decepta et petebat expensas cause. Sacramento calumpnie ex utraque parte facto, Iacobus petit ab eodem Stefano, ut recipiat a predicta eccl. salvum cambium, scilicet tantam terram, unde possit habere per afflictum omni anno unum star. milii et unum de panico, vel quantum plus videbitur tibi Gualando, quod debeat dari. Item dicit quod sit advocatus mon., Stefanus negat preter quod confitetur quod ille sit advocatus mon.; Iacobus dicit, quod conventio fuit inter eos et Maurum monachum mon., pro mon., ut continetur in cartula eorum scripta manu mea Aldrici not., Stefanus negat nisi sicut in cartula eorum scripta manu Alberti not. et ita fuit collocatum inter eos. Iacobus negat nisi in roito contineatur. Dicit Stefanus quod ante predictam locationem ipsi locaverunt predictam rem locatam pro XII star. milii et panici ad star. Pisciatinum et x sol. debebant inde habere servitium et ita bona erat predicta res locationis tempore quo fuit data mon., sicut fuit tempore quo prior locatio fuit facta et plus fuit in locatione facta monasterio. Iacobus negat a VI star. in sursum, a VI star. infra preter quod ** debebat dare Alexandrino pro suprascripta et pro alia, quam obtulerunt mon. et negat quod fuisset plus. Iacobus dicit, quod xx libr. fuerunt expense, quas abbatia expendidit in predicto molino edificando et ultra xx star. non habet inde non abstractis expensis et quod illi convenerunt dare predicta abbacie pro eo afficto, quo dederant Alexandrino et Alexandrinus fecit dominos de Porcari sibi interdiceret ne faceret predictum molendinum. Stefanus de expensis negat et de xx star. et confitetur, quod convenerunt dare abbacie pro afficto illo quo dederant Alexandrino, alia negat. Item dicit Stefanus quod Alexandrinus promiserat ibi facere molendinum et debebat et ceperat et quod illi de abbatia habuissent inde dampnum XII star. omni anno, si alterum edificasset ibi molendinum, et pro eo pavore dedit inde plus abbas. Iacobus confitetur quod Alexandrinus promiserat ibi facere molendinum et ceperat, set non complisset et abbatia non habuisset inde dampnum ultra II star. et abbas promisit dare predictum afflictum, quia credebat quod bene exirent inde XII star. afficti et quod ita bonum molendinum posset ibi facere, sicut erat aliquod de suis et timore ne alterum fa-

ceret. Iacobus dicit quod terra quam illi locaverunt abbacie distat per tres pedes a muro molendini mediani et pro ribocco quod molendinum, unde lis est, facit superioribus unusquisque canal(is) de omnibus molendinis superioribus est elevatus per brachium et unusquisque reticinus est diminutus per semissem. Stefanus confitetur quod per duos pedes terra predictae locationis distat a molendino mediano abbacie et confitetur quod reticini sunt diminuti et canales absisi pro predicto facto. Dicit Iacobus quod quando predictum molendinum fuit edificatum, elevatio facta fuit per brachium et dimidium de muro et terra in capite canalium molendini, de quo lis est, pro du-cenda aqua ad molendinum et molendinum habet riboccum et superiora molendina duo non habebant riboccum ante edifica-tionem huius molendini et postea habuerunt et aqua medii mo-lendini per brachium et medium cadebat de loco illo, ubi fuit predicta elevatio, quando fuit facta elevatio et quando fuit factum molendinum et ante. Stefanus confitetur de brachio, set non in l. ubi edificatio facta est, quia cadebat ibi ubi Pi-scia currebat; item confitetur quod elevatio fuit facta in cap(ite) canalium, scilicet illa quam faciunt capita canalium, quam faciunt parum plus de medio brachio; et uterque con-fitetur quod xxv anni sunt, quod antiquum molendinum pre-dictorum fuit destructum et quod molendina abbacie habebant riboccum post destructionem predicti molendini, set Iacobus dicit quod plus de xl anni sunt, quod fuit destructum anti-quum molendinum. Stefanus negat de xxx annis et dicit quod non sunt xx anni, quod ipsi ducebant aquam per veterem aqueductum. Iacobus negat. Litem delatam ante me Gualan-dum iudicem, delegatum a domino Guilielmo marchione de Pallodi et sacramento calumpnie hinc inde prestito et causa diligenter examinata per sententiam sic diffinio: Stefanum condempno pro se et aliis personis omnibus, ut ab abbate mon. recipiat terram, congruo l., unde omni anno deinceps possit habere affictum VIII star. inter milium et panicum per medium et hoc faciat pro restauro seu cambio illius terre, quam loca-verunt abbacie pro afficto XII star. afficti milii et panici, ut continetur in cartula Aldrici vel Albertini notarii et in plus non teneatur abbatia illis de cambio dando pro predicta terra seu afficto; insuper eundem Stefanum condempno pro se et

aliis personis, ut dehinc ad quatuor proximos menses det abbati XIII sol. et IV den. Ab aliis predictis petitionibus Stefanum absolvo. Data est hec sententia Piscie Maiori, in eccl. S. Stefani, presentia: Martini qd. Guidi et Petri qd. Lamberti et Staffe qd. Aibertini. A. MCLXXXIX, VIII id. aug., ind. VII. Aldricus iudex ac not. imp. rogatu Gualandi iudicis hec descripsi.

Originale: F. 89.

1594.

Lucca, prima del Settembre 1189.

A. MCLXXXIX, [...], kal. [...], ind. VII. [Nos Gerardinus... et Ubertellus qd. ?] P[a]ganini(?) et Galiana uxor suprascripti [Gerardini] [et filia ?] qd. Conecti et Galiana uxor suprascripti [Ubertelli] et filia qd. Mathaincolli, nobis prefatis [uxoribus consentientibus] viris nostris et interveniente nobis notitia Gualandi iudicis imp., a quo interrogate sum[us] secundum edicti paginam, per hanc cartulam in permutationem seu deganeum damus et tradimus tibi Rolando qd. Ranuccini Talliabovis tres petias de terris nostris, que sunt in l. et fin. Verciano; prima est campus cum arboribus, que tenet: unum caput in via publica, alterum cum ambobus lateribus in terra et media fossa Ugolini Bonfantis, (salvo ?) tamen (?) iure (?) predicti Ugolini Bonfantis, de via, si eam habere debet per istam terram predictam; secunda est item campus cum arboribus; que tenet: unum caput [in terr]a Ugolini Bonfantis, alterum in media Ducaria, latera ambo in terra et media fossa Ugolini Bonfantis et aliquan[tum ...] in terra infra descripta; tertia est item campus cum arboribus; que tenet: unum caput in media Ducaria, alterum in suprascripta secunda petia, latera [am]bo in terra et media fossa suprascripti Ugolini Bonfantis. Has petias una cum omni iure et actione et proprietate seu dominio et usu exinde nobis pertinente et cum omni nostra possessione tibi damus et tradimus et de omni iure nostro te procuratorem in rem tuam facimus, cedendo et dando inde tibi omnes nostras actiones directas et utiles nobis pertinentes. Recepimus a te [in per]mutationem seu deganeum unam petiam de terra, q. est cum casa et eius hedificio super se, que est infra Luc. civ., parum longe [...]; que tenet: unum caput in via publica, alterum in medio classo, latus unum in terra et

medio muro et media clau[denda ...] ni (?), alterum in terra et mediis columpnis et media claudenda de casa Ildebrandini Guiliccionis [...], quod dictus Ildebrandinus ab isto latere domus sue misit suas columpnas novas et habuit veteres, que ibi erant, et quod quando [Ildebrandinus...] dictas novas columpnas (misit), fuit talis pactio et conventio inter eum et predictum Rolandum, quod si Rolandus vel eius heredes aut [...] averint predictam domum, quod ipse Ildebrandinus eiusque heredes debent habere sol. L pro restauro de [...]arent se ad predictas novas columpnas, aliter non. Pena dupli et [consulum] et tre[u]-guanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius Luc. potestatis, que Luce pro tempore dominabitur. Act. Luce, in eccl. S. Andree. [S. m. iugalium]; et predicti Gerardinus et Ubertellus eorum uxoribus consenserunt et predictus [Gualandus eas interrogavit]. [S. m...] et Bonomtro qd. Butriochi atque Rainerius qd. Ranuccini Talliabovis, qui rogati [tt. interfuerut]. [...] et (regis iudex ordinarius).¹

Originale: Z. 4.

¹ *Le parole et regis iudex ordinarius si leggono nella corroboratio.*

1595.

15 Settembre 1189.

Scheça Luc. eccl. advocatus, pro ipsa eccl. et canonica, per cartam, quam in sua tenuit manu, investivit presb. Aldibrandum capellanum eccl. S. Michaelis de Montemagnio, recipientem pro ipsa capella, de una petia de terra suprascripte canonice, que est sterpetus, in qua est fons et esse videtur in l. u. d. Fontanella et tenet: ambo capita in terris canonicę, latera ambo in terris eiusdem canonice, quas tenet Morianus, quatinus ipse presb. et sui successores habeant eam per tenimentum et perpetuam locationem ad reddendum annuatim decimationem et pensionem in mense ian. den. iv Luc. monete, ita quod non possit eandem terram capella nec eius rector alienare sine licentia canonice; et si decimationem et pensionem tenuerit per tres annos continuos, quod prorsus amittat terram, et convenit Scheça atque promisit iamdicto presb., quod nec ipse nec eius successor tollet terram prefate capelle, nec amplius superimponet, si reddiderit suprascriptum redditum, ad penam dupli et potestatis et consulum

et treguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si qua pro tempore Luce pfeuerit. Et presb. Aldibrandus conuenit et promisit, quod nec ipse, nec eius successor dimittent terram, nec eam deteriorabunt et quod annuatim reddent redditum, sub omnibus suprascriptis penis. Presentia: Buoni qd. Bernardi, Blachi f. Guiscardi, Paganelli qd. Bandini. A. MCLXXXIX, xvii kal. oct., ind. viii. Guilielmus not. imp. rogato utriusque partis hec descripsi.

Originale: R. 214.

1596.

S. Gennaro (Lucca), 19 Settembre 1189.

A. MCLXXXIX, xiii kal. oct., ind. viii. Nos Plebanellus qd. Ceci et Pellaius f. eius, consentiente mihi Pellaio genitore meo, per hanc cartulam pro animabus nostris et pro anima Carabelle uxoris suprascripti Plebanelli et nostrorum parentum remedio offerimus tibi eccl. et mon. S. Petri de Potheuli unam petiam de terra, q. est campus, cum arboribus super se, que est infra confines de Capannure in l. u. d. a Greppo, quam tenet Rolandinus qd. Malagallie, unde reddet nobis omni anno in mense sept. vel antea vi star. de bono grano per afictum, ad sist. venditorio, quod pro tempore erit vel est currente Luce, sicut nobis pertinent per cartulam Ugonis not. imp. et sicut in ea continetur et est rationata cum pert. mensurata star. ix, vel si plus est, et tenet: unum caput in terra Avocatorum, alterum in via publica, latus unum in terra filie Bucianche, sicut termini sunt, alio in terra, quam tenet suprascriptus Rolandinus a filio Clerici. Inrevocabiliter offerimus, ut a presenti die, tam in vita nostra, quam et post obitum nostrum predicta petia sit in proprietate eccl. et mon. et potestate presbiterorum et cl., q. pro tempore in predicta (eccl.) et mon. fuerint ordinati et in ea officium Deo fecerint, eam habendi et fruendi, ad eorum tantum usum et pauperum et utilitatem predicte eccl. Pena dupli et arg. libr. x et sup pena dominorum de curia domini Armani et Paganelli et Ildebrandini et consulum et treguanorum, q. pro tempore sunt Luce, vel de alia potestate, que populum de S. Ianuario dominetur pro tempore. (Act.) in domo nostra ab Ultaneto a S. Ianuario. S. m. Plebanelli

et Pellai; Plebanellus f. suo consensit. S. m. Luctieri f. Guilliellini conversi de S. Lauro et Perfecti medici de Sugromingniori, Caromi qd. Guilliellini tt. Pellaio et Plebanellus rationaverunt suprascriptam petiam XII den. et X libr. dederunt suprascripte eccl. pro animabus Plebanelli et Carabelle et XL sol. pro anima Pellai et si Deus iudicat Pellaium de illa inferta de quod modo habet, si iudicat c sol. den. suprascripte eccl. de suis bonis. Toscius not. sacri pal.

Originale: T. 135. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Toscius: Plebanellus et Pellaio sunt confessi, quod habebant missum in tenere missum de eccl. et mon. de suprascripta petia.

¹ *Il passo da offerimus a petia fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.*

1597.

Lucca, 18 Ottobre 1189.

A. MCLXXXIX, XV kal. nov., ind. VIII. Ego Curtafuga qd. Pamfolle per hanc cartulam vendo et trado tibi Othie abbati S. Petri de Potheulo, ad partem abbacie, unam petiam terre, q. est campus in l. et fin. Paganico u. d. ad Rotta; tenens: unum caput in via publica, aliud in terra Moreccini et nepotum filiorum qd. Pascii et aliquantulum in terra filiorum qd. Rusticucci, latus unum in terra filiorum qd. Guiducci de Brancalo, aliud in terra hospitalis de Altopascio. Hanc petiam cum possessione mea tibi vendo et trado, retinendo eam mihi per tenimentum et perpetuam locationem, ad reddendum exinde ego et mei heredes et proheredes monasterio omni anno per totum mensem sept. star. III de bono grano tractum et paratum ad mon. et ad rectum star. Luce per tempora venditorium. Pretium sol. CX Luc. a Dato qd. Bornecti de Brancalo pro se et fratribus, q. causa oblationis dederunt eos in predicta terra pro abatia pro remedio anime patris eorum, recepisse profiteor. Pena dupli sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Luce pro tempore dominabitur. Act. Luce, intus domum Mardule qd. Henrigi Schinathi. Insuper pro dampno et evictione si accideret de predicta terra vel de predicto afficto rationabiliter vel usualiter vel per constitutum civ. emendanda omnia alia sua bona eidem abbati nomine pignoris vel ypothece obligavit, sub omnibus supra-

scriptis penis. Curtafuga hanc cartulam fieri rogavit. Bartholomeus not., Parvus et Pierus qd. Baldiccionis tt. suprascriptis interfuerunt. Riccardus not. imp.

Originale: Q. 34.

1598.

Lucca, 19 Dicembre 1189.

[Blanco[?] causidicus[?]]¹ et Orlandus Doni Luc. caesarum consules treguani, infra Lu[c. civ. in[?] eccl.] S. Senthii residentes, presentia bonorum hominum quorum nomina infe[rrius continentur[?] inve]stierunt Schettham advocatum eccl. et canonicè S. Martini, pro ipsa canonica, [quatenus] ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter sit et intret in tenere et possessione in duabus petiis de terris, q. sunt in l. Flexo;² [prima, est[?] ... cum arbori[?]]bus et vitibus supra se; tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Gratiani, ambo [latera in terra[?]] canonicè;³ secunda est campus et tenet: unum caput in terra Pandolfini et Grocti, alterum in terra [...].⁴ [am]bo latera in terra suprascripte canonicè.⁵ Quas terras suprascriptus advocatus pro canonica petebat [a ...]do⁶ qd. Guiscardi et Beneincasa eius uxore, dicens predictas terras fore reversas ad [canonicam[?]], quia contumaciter dic(ebat) stetisse per trienium quod non solverunt pensionem seu afflictum; qui iugales post dationem pignoris, malitiose cessaverunt; tali tenore, quod qualicumque die dehinc ad unum proximum annum suprascripti iugales venerint ad iu[stitiam faciendam] advocato vel ipsi canonicè dato convenienti pignore in manus consulu[m] ad eorum voluntatem, et reddito primum quod pro hac investitione datum est, scilicet den. XII [pro dato civi]tatis et VIII pro breve isto et v missorum, hec possessio et teneris immissio in eos [revertatur[?] ipsa] canonica vel advocatus pro canonica lucretur et percipiat fructus omnes (?) [...]tionis pro rata temporis. Si vero post annum suprascripti iugales venerint ad [iustitiam faci]endam, dato convenienti pigno[re in manu] consulum treguanorum, ad eorum voluntatem, et semper ante et post annum, antequam causa [fiat vel] rationem habeant, reddant totum quod pro hac investitione datum est, et post annum [iuga]les graventur honore petitoris, et advocatus vel ipsa [canonica] fruatur quomodo possessoris, quia in rem agit, et

salva ratione omnium aliarum [personarum]. Presentia: Guidonis Porci qd. Ugolini Bona[mici?] [...]narii et aliorum. A. MC[LXXX]IX, XIV kal. ian., ind. VIII. Petrus qd. Gerardini, prenominati Leccamolini, imp. [iu]dex et not.

Originale: E. 45; Regestum A, c. 34 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XII-XIII: Morroellus pro S. Martino.

¹ Cf. *il reg. seguente.* ² *Il Reg. A:* in Fiesso ³ *Il Reg. A:* ambo latera in terra nostra ⁴ *Il Reg. A:* alterum in terra S. Iustine ⁵ *Il Reg. A. aggiunge:* Has tenet modo Grottus qd. Guiducci qd. Vitalis Gethi cum aliis terris de eodem consortatico. ⁶ *Il Reg. A:* Tenuta S. Martini super Riccardum Sciancatum.

1599.

Lucca, (14-25) Dicembre 1189.

Blanco causidicus et Orlandus Doni Luc. causarum consules treguani, infra Luc. civ. [residentes, presentia bonorum] hominum quorum nomina inferius continentur, investierunt Schettham advocatum eccl. et canonicè S. Mar[tini], quatenus ex eorum] parte et ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter sit et intret in tenere et possessione pro canonica et [...]do qd. Guiscardi et Beneincase eius uxore, exceptis armis, equis, indumentis lectuli et dorsi et victualibus que modo [...] cap(itale), quos a suprascriptis iugalibus advocatus petere intendebat pro VII star. et medietate bl[ave ... pro pen]sione de III annis, retenta de terris de Flexo;¹ qui iugales, post dationem pignoris, malitiose cessaverunt; ta[li] tenore, quod quali]cumque die dehinc ad unum proximum annum venerint ad iustitiam faciendam, advocato pro [canonica, dato conveni]enti pignore in manus consulum treguanorum, ad eorum volutatem, et reddito primum quod pro hac investitione [datum est, scilicet XII den. pro dato] civ. et VIII pro breve isto et v missorum, hec possessio et teneris immissio in eos revertatur, ipso [advocato pro] canonica semper deinceps habente et lucrante de fructibus huius investitionis, secundum quod venerit denarios q[... ad?] ra?]tionem per libr. singulis mensibus, et hoc totum pro pena pro rata temporis, habita compensassione de eo quod fruc[...] minus exinde habuerit totum super hac investitione et obligatione permaneat. Si vero post [annum ...] venerint ad iustitiam faciendam, dato conve-

nienti pignore in man[us consulum, ad eorum] voluntatem, et semper ante et post annum, antequam causa inde fiat vel rationem habeant, redd[...] datum est, nisi in quantum consules treugvani cognoverint hanc possessionem fraudulenter [...], tunc de eo in quo fraudem admisit, nichil reddi faciant et fructus vel den., predicto modo [perceptos], restituere cogant; et post annum advocatus pro canonica sit possessor huius [...] conventionalis, et semper lucretur predictos den. vel fructus predicto modo pro rata temporis. d[onec ...] paratus fuerit, nisi visum fuerit consulibus treugvanis quod per eum malitiose stet, et honus [...] advocato pro canonica, quia personaliter agit, et salva ratione omnium ali[arum personarum]. In presentia Guidonis Porci qd. Ugolini et Bonamic[i ...]. A. MCLXXXIX, [...] ian., ind. VIII. Petrus qd. Gerardini prenominati Leccamoli[ni imp. iudex] et not.

Originale: E. 45. Cf. il reg. precedente.

¹ *Le parole de terris de Flexo sono nell'interlineo.*

1600. *Chiesa di S. Pietro (Pozzeveri, Lucca), 1189.*

(A). MCLXXXVIII. Nos Armannus qd. Paganelli et Paganellus et Ildebrandinus gg. qd. Ugolini per hanc cartulam pro anima Paganelli patris mei condam Armanni et animarum nostrarum et nostrorum antecessorum nostrorum remedio offerimus tibi eccl. et mon. S. Petri, quod est situm et hedificatum in l. u. d. Potheoli, et tibi abbati recipienti a nobis, totam terram, quam tenet a nobis hospitale de Gromingno in confinibus Porcari u. d. in Valle Cava, de qua reddunt nobis omni anno in festo s. Stefani x sol. den. Luc. et totam de terra, quam tenent a nobis homines de S. Ianuario in ipso l. S. Ianuario u. d. a Scarbica,¹ de qua ipsi reddunt nobis omni anno in mense ian. sol. IIII et den. IIII den. Luc. Offerimus, ut deinceps in antea sit in proprietate eccl. et mon. et illius abbatis et monacorum q. in eccl. et mon. ordinati fuerint et ibi Deo officium fecerint, eam habendi et fruendi, ad eorum et pauperum usum et ad utilitatem eccl. et mon. Pena dupli sub pena potestatis qui nos dixtrinserit. Act. in

ipsa eccl. S. Petri et cetera². S. (m.) Armanni et Paganelli et Aldebrani. Testes tales et talis et cetera². Boctrigelus iudex et not. imp. et cetera².

Copia del sec. XIII-XIV: X. 66. Nel margine superiore, sul recto, prima di tutto: Exemplum isturmenti hospitalis de Gromingno, quod est in confinibus de Porcari.

¹ Nella ripetizione delle formule si ha: a Scurubica ² Così la carta.

1601.

1189.

“ Tenere S. Martini super Rainerium qd. Guilielmi de duabus petiis terrarum in Rivangaio; prima petia est que molinum continet, (que) tenet: caput in terra Pasci, alterum in rio Vangaio, latus in terra Solaiana, alterum latus in terra Porcatana; secunda ibidem, que tenet: caput cum latere in terra Balordi, alterum caput in rio, alterum latus in terra Martini de Solaio. A. MCLXXXVIII^o. Bandinus not. „

Regestum A, c. 3.

1602.

Strada (Lucca), 31 Dicembre 1189.

A. MCXC, prid. kal. ian., ind. VIII. Nos Vacca qd. Brunetti et Gumdaloria uxor eius et filia qd. Pagani, michi Gumdalorie consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Aldrici iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Ozie abb. mon. S. Petri de Potheoli, ad partem et utilitatem mon., petiam unam de terra nostra cum vinea et omni allevatio super ipsam, que est in l. u. d. ad Batticanem, prope molendina mon.; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Glandolfini et Passarini gg. qd. Petri, quam tenent a nobis iugalibus et a Bernardino patruo meo Gumdalorie, latus unum in terra mon., alterum in via publica et in terra suprascripti Passarini. Recepimus pretium sol. c den. Luc. a te Ozia pro mon. Pena dupli et arg. libr. II; et nos nostrosque heredes obligamus sub pena potestatis, que nobis pro tempore dominabitur. Act. in l. Strada, ad domum suprascriptorum iugalium. Iugales hanc cartulam fieri rogaverunt et Vacca Gumdalorie consensit et Gumdaloria omni suo iuri de predictis rebus abrenuntiavit. Bernardinus qd. Obertelli et Adam f.

eius et Rogerius g. suprascripti Vacche et Mangettus qd. Obertelli et Stradellus qd. Brunetti et Glandolfinus qd. Petri tt. interfuerunt. Aldricus iudex ac not. imp.

Originale: V. 123. Nel verso, da mano del sec. XV-XVI: Veneri, a Bactecane.

1603.

31 Dicembre 1189.

“ Guido Paganelli et Henricus Brunichi tulerunt sententiam et laudaverunt, quod homines S. Martini et casalini eis assignati pro suprascripto castello ¹ sive podio de Maggiano sint suprascripte eccl. S. Martini in proprietate, allodio et dominatione et illud idem ius ibi habeant per omnia, sicut primo habebant, quando se et unde se elevaverunt, et alia laudaverunt, que continentur in carta Rolandi not. (A.) M^oC^oLXXXX^o, prid. kal. ian. „.

Regestum B, c. 78.

¹ *Si riferisco a un doc. del 1264, aprile 5.*

1604.

Stiava (Lucca), 8 Gennaio 1190.

A. MCXC, VI id. ian., ind. VIII. Nos Beldone f. qd. Martini et Ugolinus f. eius, ipso patre suo publice ei consentiente et Tarsilla uxor suprascripti Beldonis et filia qd. Fatosi et Greca uxor suprascripti Ugolini et filia Guerriscii, consentientibus nobis viris nostris, ubi interesse videtur notitia Martini iudicis ordinarii imp. Frederici, a quo interrogate sumus secundum edicti paginam, omnes simul, nimia necessitate imminente, etiam pro acquirenda alia terra, per hanc cartulam inrevocabiliter vendimus et tradimus tibi Beldoni f. Greppi unam petiam terre laboratorie, q. est in plano de Sclava in l. q. d. Stactri, quam nobis nuper ex comparatione obvenit a filiis qd. Clavelli; que tenet: unum caput in via publica, aliud in terra Montemagnese, latus unum in terra S. Georgii, aliud in terra Dominici de Casa Vecghia, q. est per mensuram scale * * . Predictam petiam et cum omni iure et proprietate et actione ac pertinentia sua tibi vendimus et tradimus et damus et cedimus atque concedimus et mandamus. Pro venditione et traditione in rei veritate et non spe venture numerationis confitemur nos a te, pro certo et

iusto pretio, recepisse Luc. den. libr. vi. Precipimus tibi, ut tu per te directo tuo nom. proprio tuo iure, quomodo-cumque vis, in possessionem suprascriptę terrę corporaliter intres et de cetero per te possideas absque omni calumpnia. Pena dupli et Luc. den. libr. xv et potestatis, quę in his partibus dominabitur. Act. Slave, in l. a Potho, in via publica, iuxta quendam terminum. S. m. iugalium, qui legitime et consentientes hanc cartulam inrevocabiliter scribi et publice fieri rogaverunt, Beldone filio suo consensit. S. m. Palliuchi f. qd. Ugolini, Petri f. qd. Fancelli, Pennelli f. Atthi tt. Martinus invictissimi Frederici Romanorum imperatoris iudex ordinarius eiusdemque not.

Originale: N. 172.

1605.

Lucca, 29 Gennaio 1190.

A. MCXC, IV kal. febr., ind. VIII. Nos Porcellus qd. Manducahominum et Cecilia eius uxor et filia qd. Benectonis et Vulpaster eorum filius, mihi Vulpastro consentiente patre meo, et mihi Cecilie consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Petri iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Bonfilio f. Martini unam petiam de terra nostra, q. est pratus, in l. et fin. Vignole, quę tenet: unum caput in terra et media fossa Pinciori qd. Carbonis, alterum cum uno latere in terra et media fossa Henrichi qd. Conecti, et in terra eccl. S. Petri de Ponte Marchionis, alterum latus in terra et media fossa canonice S. Donati. Hanc petiam, una cum omni iure et actione et proprietate et dominio nobis pertinente, tibi vendimus et tradimus et cedimus atque mandamus. Recepi-mus pretium a te in veritate et non spe future numerationis libr. XVI den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, in domo nostra. S. m. gg. et Vulpastri, Porcellus uxori et filio suo consensit, et Cecilia omni iuri exinde sibi competenti renun-tiavit, et ego Petrus iudex et not. imp. his interfui et Ceci-liam interrogavi. Suprascripti iugales et Vulpaster Bonfilio convenerunt et promiserunt et se suosque heredes et omnia bona sua iure pignoris obligaverunt, si ipse vel eius heredes

aliquo tempore rationabiliter vel usualiter venerint in dampnum vel menimantiam de suprascripta terra, quod ipsi emendabunt et restaurabunt ei totum dampnum et menimantiam infra unum mensem post inquisitionem proximum, sub predictis penis. S. m. Burracci qd. Bianchi, Tegrimucci qd. item Tegrimi tt. Petrus sacri pal. iudex et not. Frederici imp.

Originale: B. 9.

¹ *Così l'orig. per iugalium*

1606.

3 Febbraio 1190.

“Soffreduccius qd. Uberti Zandei debet reddere annuatim (Luc.) capitulo den. vi de quibusdam terris positus in confinibus Capannore in l. u. d. Cavaliana; ut continetur manu Iacobi not. de rogitu Guillelmi not. (A.) MC nonagesimo, III^o non. febr. „.

Regestum B, c. 10 v.

1607.

29 Marzo 1190.

“Guilielmus Luc. ep. dedit et obtulit Matheo presb. et can. eccl. S. Martini, ad¹ opus refectorii dicte eccl., duas petias terrarum, q. sunt in l. et fin. Ducarie, unde Barathulus qd. Dominici reddere debet annuatim star. vi grani et sex milii; unde dictus d. Matheus promisit et convenit suprascripto episcopo, quod ipse et sui successores in die obitus sui annuatim in anniversario suprascripti ep. facient in mensa fratribus suis et canonicis, q. pro tempore fuerint, pro eius anima. Carta manu Guillelmi not. (A.) MC nonagesimo, III^o kal. aprilis „.

Regestum B, c. 8; Regestum A, c. 22. Il Reg. A: Alia offerio de eisdem terris (cf. il reg. n. 1372, cui si riferisce) ab eodem G(uilielmo) ep. facta. A. Domini mcxc. Guilielmus not.

¹ *Segue: fac cancellato.*

1608.

5 Aprile 1190.

“Ranuccius qd. Villani, Ferinus qd. Martini seu Sennus pro se ipsis et eorum consortibus, videlicet Rustichello, Villano, Baronciello et quibusdam aliis reddere tenentur annuatim Luc. capitulo star. vi castanearum; ut con-

tinetur in sententia scripta manu Guillelmi not. (A.) M^oC^oXC, nonas aprelis, lata inter Matheum canonicum et camerarium Luc. capituli ex una parte et Ranuccium et alios suprascriptos, q. sunt de Sexto Moriani, ex alia „.

Regestum B, c. 66 v.

1609.

Laterano, 10 Aprile (1190).

Clemens (papa). B(eni) presb. rectori eccl. S. Domnini. Tuis iustis postulationibus annuentes, donationem et concessionem ab archipresb. S. Martini Luc., cum assensu capituli sui factam rationabiliter, de quibusdam domibus, q. erant in parrochia S. Martini, scilicet ut liceat de cetero habitatoribus illarum domorum ire ad eccl. S. Domnini ad audienda divina officia, sicut ecclesia S. Domnini iuste et sine controversia possidet, et instrumento publico continetur, eidem eccl. auctoritate Apostolica confirmamus. Ad firmitatem vero maiorem ipsius instrumenti, tenorem de verbo ad verbum iussimus inserendum. Dat. Lateran., III id. apr., pontif. nostri a. III.

Originale: BB, 36. Sigillo pendente, perduto. Copia del sec. XVII nell'arch. Capit., cod.: P 41, c. 61; Pflugk - H., Iter Ital. 320, n. 908, Acta, III, 377, n. 436; Iaffè - L., n. 16485; Kehr, Italia Pontificia, III, 410, n. 1.

1610.

Lucca, 11 Maggio 1190.

A. MCXC, v id. madii, ind. VIII. Ego Guilielmus presb. et rector hospitalis Pontis S. Petri, cum consilio et accordamento Martini et Dominichi, prenominati Iudei, conversorum confratrum meorum, per hanc cartulam libell. nom. ad censum perexsolv. dare videor vobis Salamoni qd. Malagallie et Cecioro f. Dominichi unam petiam de terra suprascripti hospitalis, quę est campus, cum arboribus super se et esse videtur in capite suprascripti pontis; quę tenet: unum caput in via publica, sicut trahunt morelle pontis, alterum in terra et media fossa suprascripti hospitalis, quam detinet Petrus de Bonadonna, latus, cum tota fossa infra se, tenet in via publica, alterum in flumine Serculi. Dare et tradere videor, ut in vestra et de vestris heredibus ac proheredibus sit potestate predictam petiam habendi atque fruendi. Mihi vel meis suc-

cessoribus ac prosuccessoribus per singulos annos in mense aug., tractum et paratum ad hospitem, xxii star. de bono grano sicco et rationabiliter mundo cum iusto star. Luc. venditorio (reddere debeatis). Pena: arg. libr. x; insuper consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc., vel alterius potestatis, que Lucam distringeret. Duo libelli. Act. Luce, prope eccl. S. Petri de Cortina. S. m. presb. Guilielmi, et predicti confratres interfuerunt, eique consilium dederunt et accordaverunt. Presb. Guilielmus Salamoni et Cecioro convenit et promisit et se suosque successores ac prosuccessores obligavit si ipsi vel eorum heredes habitaverint in suprascripta terra per xxx annos vel quocumque temporis curriculo ibi etiam si filii nati fuerint, non causabunt nec distringent eos per manentes vel per colonos, sub predictis penis. Item sciendum est, quod predictus presb. confessus fuit se recepisse a suprascriptis tenitoribus pretium sol. xx de arboribus suprascripte terre, quos dedit Paganello not. pro usuris; et si ipsi amiserint pro flumine de suprascripta terra, tantum debeant dare minus de suprascripta blava secundum quod amiserint, ad suprascriptam rationem et si plus terram habuerint, debent dare plus granum, secundum quod plus habuerint, ad suprascriptam rationem. S. m. Guerriscii qd. Pancaldi, Petri qd. Angerelli, ex quorum laudamento facta sunt hec omnia, Baroncionis qd. Oddolini tt. Petrus sacri pal. iudex et not. Frederici imp.

Originale: B. 73.

1611.

Bozzano (Lucca), 7 Luglio 1190.

A. mcxc, non. iul., ind. vii.¹ Ego Ubaldus f. qd. Clavelli, tam pro Guidone fratre meo, quam etiam pro me, et eius publico mandato, ut continetur in cartula eius mandati per Bonosum not. de Pisa, publice scripta, que etiam a me Martino iudice et not. imp. Frederici palam visa fuit et lecta, per hanc cartulam, nimia necessitate imminente, etiam pro eundo nos ambo ultra mare, inrevocabiliter vendo et trado tibi Dominico f. Picchii quattuor petias terrarum positarum in plano de Sclava et in eius confinibus; prima petia laboratoria, posita a Stactri; que tenet: unum caput in via pu-

blica, aliud in terra Montemagnese, latus unum in terra Beldonis, al(terum) in terra filiorum qd. Gradalonis et eorum consortium; secunda, terra laboratoria, posita a Muriccio; que tenet: unum caput in strada publica, aliud cum uno latere in terra filiorum qd. Ubaldi et in terra Boniaccursi f. qd. Bronculi, al(terum) latus in terra dictorum filiorum qd. Ubaldi; tertia, a Ritondro, terra laboratoria; que tenet; unum caput in terra Curvarese et Rolandini qd. Truffe, al(terum) in terra filiorum qd. Tiniosi et in terra filiorum qd. Sinibardi et S. Georgii, latus unum in terra suprascripti Rolandini, aliud in terra plebis de Yrice; quarta, terra laboratoria et oliva super se; que tenet: unum caput in terra Corvarese et filiorum qd. Ubaldi, al(terum) cum uno latere in terra Balbanese et aliquantum de ipso capite in terra Pescionis de Montemagno et in terra iamdicte plebis de Yrice, aliud latus in terra quam Ubaldus vendidit Uguicioni de Gualdo; et sunt inter omnes petias, per mensuram, quarre III et dimidia de cultra. Predictas petias et cum omni iure et proprietate et accione ac pertinentia earum tibi vendo et trado et do et cedo atque concedo et mando et tibi omnia iura omnesque acciones utiles et directas seu mixtas et in rem et in personam, mihi et suprascripto fratri meo in suprascriptis vel pro suprascriptis terris compete(n)tia et competentes, ut tu deinceps directo tuo nomine pro tuo iure de eis et pro eis agas, experias contra omnem personam et locum. In veritate et non spe venture numerationis confiteor me et pro fratre meo a te, pro certo et iusto pretio, recepisse Luc. den. libr. XXI. Et precipio tibi, ut tu per te directo tuo nom. pro tuo iure, quandocumque vis, in possessionem omnium suprascriptarum terrarum corporaliter intres et de cetero per te tuove nom. possideas absque omni calumpnia. Quam venditionem si ego vel meus heres defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo ego una cum meis heredibus, sollempni stipulatione a te interposita, componere tibi tuisque heredibus venditionem in duplum, et penam regis Arrigi et eius nuntii et potestatis, que dominabitur. Act. Boçano, intus eccl. Beatissimi S. Prosperi. S. m. Ubaldi. S. m. Ildebrandini de Ioia qd. Villani, Scornuti qd. Luogii, Gerardini qd. Martini, Ildebrandini de Valivo qd. * * tt. Martinus invi-

ctissimi Frederici Romanorum imperatoris iudex ordinarius eiusdemque not.

Originale: N. 176.

¹ *L'indizione corrisponderebbe, se fosse usato il computo pisano (= 1189).*

1612.

Lucca, 12 Agosto 1190.

Breve memorie, qualiter in civ. Luc., in porticu domus filiorum qd. Arigetti, bonorum virorum presentia quorum inferius inveniuntur nomina, Ravignanus qd. Baronis promisit et convenit Tegrimo et Iacobo gg. ff. qd. Tegrimi, recipientibus pro se et Ciciamontone eorum germano, quod ipse et sui heredes ac proheredes reddent illis et eorum heredibus ac proheredibus omni anno x star. inter granum et fabas et milium pro equali portione uniuscuiusque blave, granum et fabas in mense aug. et milium in mense sept., ad domum eorum habitationis tractam et paratam et bonam, iusto star. Luc. venditorio per tempora, in pena dupli, consulum quoque trenguanorum Luc. et Luc. potestatis presentium et futurorum, de [u]na petia de terra cum arboribus et pergulis super se habentibus, quam ab eis pro se et pro suprascripto fratre suo per tenimentum et per[pe]tuam locationem recepit; que est in l. u. d. Sallissimo, et est una terthaia et quattuor scale, vel si plus fu[erit]; que tenet: unum capud cum uno latere in terra suprascripti Ravignani, alterum capud in via publica, alterum latus in terra Ubaldi qd. Malpili. Et obligavit se et suos heredes ac proheredes suprascriptam terram ab hodie in antea habere et tenere et, ut ¹ suprascriptum est, annuatim reddere, et quod eam laborabunt et nec peiorabunt, excepto quod arbores et pergulas possit incidere, si voluerit; et pro omnibus suprascriptis faciendis et observandis obligavit eis omnia bona sua, que habet aut habuerit, eo pacto, quod pro conventionem non observata vel pro dampno inde habito, habeant regressum in eis sibi iure pignoris obligatis absque omni contradictione, et erunt inde actores et defensores ille et sui heredes, illis et eorum heredibus, sub omnibus suprascriptis penis. Hec acta fuere coram Rolanducio et Guido gg. et qd. Ugolini. A. mcxc, pridie id. aug., ind. viii. Supradicti

homines ibi fuere. Ildebrandinus iudex et not. imp. interfui et hec, rogatu utriusque partis, scripsi.

Originale: E. 56.

¹ ut è *nell'interlineo.*

1613.

Lucca, 15 Agosto 1190.

A. MCXC, XVIII kal. sept., ind. VIII. Nos Gentilis et Ventrilius atque Guasconcellus adultus maioris etatis XVII annorum gg. ff. qd. Clavelli et Galiana mater eorum relicta suprascripti Clavelli et filia qd. Moronis, mihi Guasconcello consentientibus suprascriptis fratribus et tutoribus meis, et mihi Galiane consentientibus suprascriptis gg. ff. et mundualdis meis, in quorum mundo esse visa sum, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Rustico et Vernagallo gg. qd. Bianchi, recipientibus pro vobis et procuratorio nom. et tutorio nom. pro Angelo fratre vestro qd. Ildebrandini et pro Cannamele nepote vestro qd. Canamelis filio, unam nostram petiam de terra, q. est campus cum arboribus et vitibus et casa et eius edificio et palmento et tino et eorum edificio et puteo super se, que esse videtur posita parum longe a Luc. civ. u. d. inter Classos et prope eccl. et mon. S. Bartholomei de Silice et prope hospitem S. Iohannis et S. Sepulcri, una cum omni iure et actione et melioramento et usu nobis de ea vel de parte eius pertinente, de qua soliti sumus reddere annuatim eccl. et canonice S. Fridiani star. VIII frumenti et star. VIII de milio et sol. IV den.; que tenet: unum caput in strata seu via publica, alterum in via publica sive classo publico, latus unum in terra et media fovea Benectonis de Lischia qd. Rolandi, alterum in terra et dimidia fovea Torelli et Gualterini gg. qd. Ughi qd. Ughi Angeli. Est inter tota per mensuram cum pert. mensuratam cultre IV et star. decem et otto ¹ et scalas III et duas partes alterius scale. Vendimus et tradimus et iura et actiones utiles et directas atque mixtas nobis pertinentes vobis damus et tradimus, cedimus atque mandamus. Confitemur a vobis, pro vobis et pro Angelo et Cannamele, recepisse pretium libr. CCLXXXIX Luc. den. Pena dupli. Et pro evictione et danno, si vobis vel Angelo et Cannameli acciderit de suprascripta compera ratione

et usu Luc. civ., et expensis resarciendis obligamus vobis pignoris nom. et ypothece omnes casas et cassinas et casalinos et terras cultas et incultas atque agrestes et res nostras et bona nostra mobilia et immobilia et iura et actiones omnes, quas habemus adversus aliquas personas, ut in eis restaurum habeatis pro evictione et danno emendando et expensis resarciendis, donec hec omnia vobis fuerint restituta in tantum vobis remanentia obligata, et hec obligatio pro unoquoque nostro in solidum valeat. Et hec omnia observare promittimus vobis stipulantibus sub pena libr. quingentarum den. Luc., et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum, et Luc. potestatis. Act. Luce, in eccl. S. Petri Ciculi. S. m. gg., et Galiane qui et que parabolam et potestatem dederunt Rustico et Vernagallo intrandi in tenere de suprascripta terra et rebus eius pro se ipsis et pro Angelo et Cannamele et Gentilis et Ventrilius Guasconcello consenserunt et ipsi fratres omnes matri consenserunt. Preterea Galiana, consentientibus ei ff. suis dedit et tradidit, cessit et mandavit Rustico et Vernagallo, recipientibus pro se ipsis et pro Angelo et Cannamele, omne ius et actionem, derictum et repetitionem, quam habebat vel agere seu causare poterat super suprascriptam terram vel de ea aut pro ea nom. dotis vel antefacti aut quarti vel alio modo, quatenus ipsi possint eam habere et detinere, sicut ipsa poterat et suam rationem super eam petere, et sic eos procuratores in rem eorum inde fecit. Post hec, Gentilis et Ventrilius et Guasconcellus, consentientibus Guasconcello fratribus suis, quisque eorum et etiam Gentilis super animam Galiane matris sue et per eius parabolam iuravit ita: Suprascripta terra non est alicui alienata vel obligata nec est aliquis in ea in tenere nec habet in ea obligationem, quod noceat emptoribus vel eorum heredibus, et venditionem semper firmam et ratam habeo et tenebo et contra eam non veniam, et si exinde predictis Rustico et Vernagallo et Angelo et Cannameli vel eorum heredibus lis vel molestia ratione vel usu nostre Luc. civ. ab aliquo illata fuerit, a lite et molestia eos inde liberabo infra dies LX post inquisitionem, que inquisitio ut mihi faciatur studiose non cessabo; ita verum est et sic observabo me sciente; sic me Deus adiuvet et hec s. Dei evangelia, in

quibus manum pono. Itemque predicti gg. et mater eorum Galiana convenerunt et promiserunt, quod ex quo Torellus qd. Ughi qd. Ughi Angeli fuerit reversus infra duos menses proximos facient eum renunptiare dicte vendictioni et eam firmam et ratam habere et tenere et dehinc ad proximum festum omnium Sanctorum facient sic, quod prior eccl. et canonice S. Fridiani faciet eis finem et refutationem et transactionem de suprascripta blava et de iv sol., quos de terra ei reddebantur, et hoc facient facere ad dictum eorum sapientis, et sic observare promiserunt et se suosque heredes obligaverunt, sub suprascriptis penis omnibus * * . Ubertus vero qd. Suffreducci convenit et promisit, quod nec ipse nec eius heredes nullam litem vel molestiam inferent de suprascripta compera nomine illius obligationis, quam predicti gg. et eorum mater ei fecerunt pro terra de Sevalliana, quam ab eis comperavit, neque pro aliqua aliqua obligatione, set taciti et contempti omni tempore inde stabunt, sub pena libr. c den. Luc. et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et Luc. potestatis. His ita peractis, R o l a n d u s qd. Henrici Spiefamis et Lambertus qd. Guasconis, quisque eorum in solidum convenit et promisit Rustico et Vernagallo recipientibus, pro seipsis et Angelo et Cannamele, quod si dehinc ad xv annos proximos venientes de terra lis vel molestia ratione et usu Luc. civ. ab aliqua persona eis illata fuerit vel interim aliqua tenuta vel obligatio apparuerit, unde lis vel molestia eis incurrat, quod semper a lite vel molestia eos inde liberabunt, excepto tanto minus quanto filii qd. Clavelli inde solverent, et hec omnia observare quisque in solidum promisit et se suosque heredes et casas et terras suas et bona sua pignoris nom. et ypothece obligavit sub suprascriptis penis. S. m. Gualterini qd. Ughi qd. Ughi qd. Angeli, Henrighecti qd. Bonifatii, Gualteronis qd. Chisalberti, Rolandi qd. Guasconis, Saracini qd. Albertini, Pitotelli f. Ranuccini, Bonaccursi qd. Ronchi et Ghiroldi tt.; et presentia: Iacobi Cervascii iudicis et Panfolle causidici. ²

Originale: F. 155.

¹ otto è scritto su rasura.

² Segue il reg. n. 1617.

1614. *Abbazia (di Guamo, Lucca), 22 Agosto 1190.*

Riccardus abb. eccl. et mon. S. Michaelis de Guamo, pro ipsa eccl., ab una parte, litigans et Benenatus procurator eccl. canonice S. Martini Luc. episcopatus, pro ipsa canonica, ab alia parte, litigans, invicem inter se investitionem dederunt et se atque suos successores obligaverunt ad penam dupli et potestatis et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si qua pro tempore Luce praefuerit, quod quicquid de infrascripta lite Thoccolus can. suprascripte canonice et quondam iudex ordinarius per laudamentum inter eos dixerit, firmum haberent et ratum omni tempore tenerent. Petebat abbas a Benenato, ut dimittat sibi, pro mon. recolligendum, xxiv star. musti, quod annuatim solitus erat reddere Bellone qd. Bonelli de Massa Macinaria, manens suprascripte canonice, dicens obvenisse suo mon. iudicamento Pathi qd. Gerardi; quod Benenatus negabat et dicebat suprascriptum redditum vini pertinere ad mansum Bellonis. Thoccolus laudavit, ut Benenatus in continenti solveret pro canonica abbati sol. xxxii Luc. monete et per laudamentum condepnavit abbatem pro abatia, ut de cetero non inquietaret, neque molestaret canonicam, quin libere possit recolligere suprascriptum vinum annuatim a suprascripto manente vel ab alia persona pro terris, unde vinum exit.¹ Hec data fuerunt in claustro suprascripte abbatie, in presentia: Pasche et Brunicardi et Beni et aliorum. A. mcxc, xi kal. sept., ind. viii. Guilielmus not. imp., rogatu abb. et Benenati, hec scripsi.

Originale: O. 96; Regestum A, c. 48.

¹ *Mano sincrona nel Reg. A aggiunse: Reddit modo Bellone qd. Mencucci sol. (?) xxiiii et item (?) viii star.*

1615. *(Lucca), 19 Settembre 1190.*

A. mcxc, xiii kal. oct., ind. ix. Ex huius publici instrumenti descriptione omnibus patenter clarescat, quod Rainerius presb. et prior eccl. et canonice B. Fridiani, consilio Ughi presb. et prioris claustralis dicte eccl., eiusque as-

sensu et Gerardi et Pagani presbiterorum et magistri Iannis et Overardi diaconi atque Uberti cammerarii, confratrum eius, et Bonaccursi qd. Guil'elmetti Peconis filii dicte S. Fridiani ecclesie et canonice advocati, fecit finem et refutationem et transactionem et pactum de non petendo Rustico qd. Bianchi de Lisschia filio, recipienti pro se et pro Vernagallo g. suo et Cannamele qd. Cannamelis nepote suo et pro Angelo qd. Ildebrandini fratre suo, de una petia, de terra, q. est campus cum arboribus, ¹ etc., que esse videtur parum longe posita a Luc. civ., prope Fractam et prope eccl. et mon. S. Bartholomei et hospitem S. Iohannis et S. Sepulcri, u. d. inter Classos; ² que petia de terra Rustico, ementi pro se et pro suprascriptis, obvenerat emptionis nom. a Gentile et Ventilio atque Guassconcello gg. qd. Clavelli et a Galiana matre eorum qd. Moronis filia, ut continetur in cartula compare scripta manu Bonfilii imp. iudicis et not.; de qua terra tota sive de parte eius eccl. et canonica S. Fridiani annuatim solita erat recolligere a suprascriptis ff. qd. Clavelli star. x de grano et x de milio, cum antiquo sist., scilicet star. viii de grano et viii de milio, cum iuxto modo currenti sist. Luc. civ., et sol. iv den. Luc. Et promisit Rustico, stipulanti et recipienti pro se et pro suprascriptis et pro predictis ff. qd. Clavelli, quod de cetero ipse et eius successores vendictionem firmam et ratam habebunt et tenebunt et nullo tempore contra eam venient, nec inferent eis de suprascripta terra nec de riccoltu suprascripto litem vel molestiam, et actores et defensores de dolo et facto dicte eccl. erunt dictis Rustico et Vernagallo et Angelo et predictis ff. qd. Clavelli, et hec omnia observare promisit et se suosque successores obligavit, sub pena libr. l den. Luc. et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et Lucane potestatis. Pro fine et refutatione presb. et prior Rainerius professus fuit se recepisse in veritate et non spe future nummerationis libr. xxxiv Luc. den., quos dare promisit pro terra comperanda ad utilitatem eccl. et canonice S. Fridiani, et eos recepit a suprascripto Gentile. Act. in casa dicte eccl. et canonice, ubi curia ipsius eccl. est et habetur. Presentibus Lamberto qd. Guasconis, Iacobo qd.

Guicciardi, Cacciaguittone qd. Tedaldini. Bonusfilius imp. iudex et not.

Originale: F. 155.

¹ *Segue come nel reg. n. 1613.* ² *Seguono i confini come nel reg. n. 1613.*

1616.

Lucca, 12 Ottobre 1190.

Bernardinus atque Rustichellus gg. et qd. Guerruccii de l. Capannore filii, et eccl. et mon. S. Petri de l. Pottheoli massarii atque colones dixerunt atque protestati fuerunt, quod ipse Bernardinus, pro sua parte, dare debet eccl. et mon. star. VIII de bono grano et star. XI de bono milio pro affictu terrarum et rerum retento, ¹ quas a mon. habet et detinet, et ipse Rustichellus eccl. et mon. dare debet star. XXIV de bono milio et star. IV de bono grano pro sua parte afficti seu redditu terrarum et rerum retenti, quas a mon. habet et detinet. Quare quisque eorum convenit et, solempni interposita stipulatione, promisit Forensi eccl. et mon. advocati et qd. Guicciardi Catollis f., pro eccl. et mon. recipienti, quod infra VIII dies proximos post inquisitionem unicuique eorum factam et quam audire studiose non cessabit, dabit eccl. et mon. abati vel castaldioni predictae blave affictum, vel Rustichellus pro sua parte afficti retenti libr. IV den. Luc. nomine exstimationis, et Bernardinus solvet pro sua redditu retenti portione sol. LX den. Luc. nomine estimationis. Hec quisque eorum observare promisit et se suosque heredes et omnes casas etc. et terras etc. et iura et actiones utiles et directas atque mixtas etc. et bona sua omnia presentia et futura in pena dupli suprascripte pecunie et consulum et treguanorum Luc. presentium et futurorum et potestatis, que pro tempore Luce dominabitur, eidem eccl. et mon. nomine pignoris et iure ypothecario obligavit. Hec omnia dicta et firmata fuere infra Luc. civ., prope portam S. Fridiani, presentibus: Blanco qd. Mietori, Stefano qd. Manfredi atque Burgundione qd. Baroncini, qui causa memorie convocati tt. interfuerunt. A. MCXC, v id. oct., ind. IX. Bonus regis not.

Originale: Q. 59.

¹ *retento è nell'interlineo.*

1617.

25 Ottobre (1190).

Venienti¹ vero VIII kal. nov., ind. IX, suprascriptus Genuilis professus fuit Rusticum bene, pro se et suis fratribus et nepote suo, solvisse tibi, recipienti pro se et fratribus et matre sua, totum suprascriptum pretium libr. CCLXXXIX den. Luc.; presente Ildebrandino Quintavalle et Albertone. Bonusfilius imp. iudex et not.

Originale: F. 155. ¹ Così prosegue il reg. n. 1613. La Carta fu scritta tutta ad un tempo.

1618.

Lucca, 14 Novembre 1190.

Mainectus qd. Rembi dixit et clamavit se pagatum a Tolomeo sacrista et can. canonicè Luc. eccl., pro Luc. capitulo de eiusdem capituli portione totius pecunie et expensarum, quam presbiter vel advocatus eccl. S. Stephani de Tassignano vicit Mainecto in causa vel alio modo pro debito contracto (a) qd. Romeo can. suprascripte canonicè vel ab alia persona, unde Romeus habuerat in pignore calicem eccl. S. Stephani vel quocumque modo predictum debitum factum fuisset. Presentia: Scheze qd. Rolandi, Benenati qd. * * . A. MCXC, XVIII kal. dec., ind. IX. Act. Luce, in suprascripta canonica. Guilielmus not. imp., rogatu Mainecti, hec scripsi.

Originale: D. 15. Cf. il reg. n. 1560.

1619.

18 Novembre 1190.

“Confessio quorundam hominum de predicta terra¹ et redditu eius, qui predictam terram detinebant, scilicet: Arrigetti generi Vitali de Ducentula et Blanci qd. Thucci et Vitaletti qd. Orselli de Bibiano, qui dixerunt, quod predicta terra tenet: unum caput cum ambobus lateribus in viis publicis, alterum caput in fossa, q. iam fuit via, et dicitur ibi Lisciatico et Ortus Barocchi; de qua confessi sunt, quod Michele qd. Grilli reddit star. v inter granum et milium et Blancus et Serenus et Arrigettus star. III minus quarra eiusdem blave et Vicalettus star. III minus quarra eiusdem blave et Oriacus et filii Phylippi de Lisciatico star. I et tertium. A. Domini MCXC, quartodecimo kal. decembris. Guilielmus not. astrologus „²

Regestum A, c. 8^v. ¹ Cf. i regesti nn. 717, 731, 900, ai quali si riferisce. ² astrologus fu aggiunto da mano coeva.

1620.

15 Dicembre 1190.

Breve recordationis de terris, q. sunt pertinentes eccl. et abatie S. Petri de l. Potheuli. Henrighectus, q. Cultrectus v., dixit et confessus fuit se tenere a suprascripta abatia duas petias de terris, q. sunt in confinibus cappelle S. Stefani de l. Tassignano; prima est in l. u. d. al Piano, et est campus; que tenet: unum caput in terra Altelminelli et Mainecti qd. Rembi, alterum in via publica, latus unum in terra abatie, alterum in terra Matti, et est cultre II et star. VIII et medium; secunda est ibidem, in l. u. d. al Piano, et est campus, que tenet: unum caput in terra suprascripti Henrighecti, in qua habitat, et aliquantum in via, alterum in terra Antelminelli et Mainecti qd. Rembi, latus unum in terra abatie, alterum in terra suprascripti Antelminelli, unde solitus est reddere abatie de prima omni anno star. xxxv inter granum et milium per medium, et de secunda star. xxv de grano et xxiv de milio, et est cultre III. Beneveni et Riccius et Brunicardus qd. Belenati et Mese gener Amistadi dixerunt se tenere a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est in confinibus capelle S. Margarite u. d. a Pomaio; que tenet: unum caput cum uno latere in terra eccl. et mon. S. Bartholomei de Silce, alterum caput in via publica alterum latus in terra Sicchi, cum¹ semitula² infra se, et est star. xvi et medium, unde soliti sunt reddere anni anno abatie star. xiv de grano schetto. Sicchius qd. Bonfilii dixit se tenere a suprascripta abatia duas petias de terris; prima est in suprascripto l. u. d. a Pomaio; que tenet: anbo capita in viis publicis, latus unum in terra suprascripti Secchi et aliquantum (in terra) Bungni de Cutrottho, alterum in terra Villani qd. Tadolini, et est star. ix; secunda est in l. u. d. in Trentora; que tenet: unum (caput) in terra filiorum qd. Angiorelli de Curtina, alterum in terra Cecii qd. Cinbardi, latus unum in terra abatie S. Salvatoris de Sexto, alterum in terra Signorile qd. Ficarelli, et est media cultra et scala una; unde solitus est reddere anni anno abatie de duobus petiis star. xvi de grano schetto. Bonicus qd. Bonfilii dixit se tenere a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est in suprascripto l. Trentora; que tenet: unum caput in terra abatie de sexto, alterum in terra Bungni de Cutrottho, latus

unum in terra Ceci qd. Cinbardi, alterum in via publica et est star. VI et scala una, unde solitus est reddere omni anno abatie star. III de grano et III de milio. Paganellus et Toscius qd. Bianchi dixerunt se tenere a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est in suprascripto l. Trentora; que tenet: unum caput in terra eccl. et mon. S. Bartolomei de Silce, alterum in terra Ceci qd. Cinbardi, cum uno latere, alterum latus in terra eccl. S. Margarite et aliquantum in terra Signorile qd. Ficarelli, et est star. XVIII et medium, unde soliti sunt reddere omni anno abatie star. IX de grano et IX de milio. Montaninus et Vivianus gener Montanini dixerunt se tenere a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est in confinibus capelle S. Margarite u. d. in Limito; que tenet: unum caput in terra hospitalis S. Bartholomei de Silce, alterum in via publica, latus unum in terra Rolandi qd. Espiefamis et Lei, alterum in terra suprascripti Montanini, et est star. XXIX et medium; et unde soliti sunt reddere omni anno abatie star. XXIV de grano schetto. Presentia: Godimanni et Merletti. A. MCXC, XVIII kal. ian., ind. IX. Curtafuga qd. Panfollie mensurator terrarum coram me Mainardo not. omnes predictas terras ad iustam pert. mensuravit. Mainardus not. imp.

Originale: H. 85; *copia del sec. XIII di* Ardicio Romani imperii iudex et not.: H. 106.

¹ *Segue fossa cancellato.* ² *semitula è nell'interlinco.*

1621.

15 Dicembre 1190.

Breve recordationis de terris, q. sunt pertinentes eccl. et abatie S. Petri de l. Potheuli. Iohannes presb. eccl. et capelle S. Marie de l. Paganico dixit et confessus fuit se tenere a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est in suprascripto l. Paganico, u. d. ad Rocta, et est canpus; que tenet: unum caput in terra filiorum qd. Buoni Benectoni, alterum cum anobus lateribus in terris suprascripte eccl. S. Marie, et est star. XII, ad pert. mensuratam, et unde solitus est reddere abatie omni anno star. II de grano et II de milio. Item illi de Rocta tenent a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est in suprascripto l. Paganico u. d. in Frasso, et est canpus; que tenet: unum caput in via publica,

alterum in terra curie de Porcari, latus unum in terra Gerardi qd. Matthancolli, alterum in terra eccl. et mon. S. Bartholomei de Silce et in terra suprascriptorum tenitorum de l. Rocta, et est star. xiv, unde soliti sunt reddere abatie omni anno star. ii de grano et ii de milio, ut Curtafuga dixit. Item suprascriptus Curtafuga tutor et mundualdus filiorum qd. Signore et filiorum qd. Brunetti dixit, quod suprascripti pupilli tenent a suprascripta abatia unam petiam de terra, q. est in suprascripto l. Paganico u. d. in Frasso; que tenet: unum caput (in) via publica, alterum in terra filiorum qd. Benectoni, latus unum in terra filiorum qd. Matthancolli, alterum in terra suprascriptorum pupillorum, unde soliti sunt reddere omni anno abatie star. i de grano et i de milio. Item Lucterius et Bonifatius gg. qd. * * dixerunt, quod ipsi gg. cum eorum consortibus soliti sunt reddere omni anno star. i et medium de grano. Presentia: Godimanni et suprascripti Curtefughe. A. mcxc, xviii kal. ian., ind. ix. Predictus Curtafuga, estimator terrarum, coram me Mainardo not., omnes suprascriptas terras ad pert. mensuravit. Mainardus not. inp.

Originale: L. 160.

1622.

1190.

“Laudamentum inter canonicam S. Martini et Riccomum qd. Ceciarelli, de stirpe predicti Ferolfi,¹ de fovea, q. est inter ortum nostrum et suum² a parte septemtrionis et de ombaco non faciendo inter se; per quam³ laudatum est, ut predicta fovea, q. est inter ortum nostrum et suum a parte septemtrionis debet esse ampla in fundo duos pedes Luprandi et debet esse communis, sicut termini designant et neutra pars debet facere umbacum neque aliquod allevamentum,⁴ excepto de pergolis et excepto quod utraque pars facere possit sepem altam duo brachia et non plus, et omni anno debeat incidi de predictis sepibus quod super est. A. Domini mcxc. Guido not. ».

Regestum A, c. 27.

¹ Cf. il reg. n. 867, cui si riferisce. ² La rubrica dice: De orto nostro in Via Meçana. ³ Così il ms. ⁴ Nel margine, da mano un poco posteriore: Redenta est servitus; possumus facere allevatium ex parte nostra.

1623.

1190.

“ Sententia inter eccl. S. Martini et Tolomeum qd. Donati qd. Lamberti qd. Leonis qd. Bellini ¹ de Rio Sparti in Vaccule, de terris de Cotherotho et Fornelli et aliis terris, quas prius tenuit Pennaccius; per quam condepnatus est, ut res(t)itueret ipsam terram de Cotherotho liberam et disbrigatam S. Martino, et terram de Fornelli cum aliis terris, quas detinebat a S. Martino detineret pro sol. v et den. III; quas terras tenuerunt filii Lamberti ² de Rio Sparto et Pennaccius et Guerra frater eius pro sol. v et den. III et item III den. in alia parte et XVIII den. de alia ratione. ³ A. Domini MCXC „ ⁴

Regestum A, c. 47 v.

¹ *Il passo* qd. Lamberti qd. Leonis qd. Bellini è nell'interlineo.

² *Nell'interlineo*: pro Leone qd. Bellini pro sol. III cum deberet reddere xl star. musti de duabus petiis a Lama prope Rio Sparto. ³ *Il ms. aggiunge*: postea Donatus, postea Tolomeus f. eius, modo Rolandus iudex qd. Guarmignani. ⁴ *La data fu aggiunta da mano coeva.*

1624.

Lucca, 29 Dicembre 1190.

Bonaiunta iudex et Lodoicus qd. Guidi Luc. causarum consules treguani, infra Luc. civ., in eccl. S. Senthii residentes, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius continentur, investierunt Benectum qd. Petri Roffredi, quatinus per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate corporaliter sit et intret in tenere et possessione in omnibus bonis pertinentibus Gratiano plebis S. Pauli qd. Ramondini, exceptis armis, equis, indumentis lectuli et dorsi et victualibus, que modo habet, et nominatim sit in tenere in mellioramento, si quod habet in terra, quam ab eo tenet in confinibus S. Pauli, pro sol. xxvi Luc. den., pro capitali, quos ad Gratiano Benectus petere intendebat pro iv star. grani et III milii, pro afficto retento suprascripte terre et quod debitum tantum fore cognoverunt treguani per fidem Benecti, qui Gratianus post dationem pignoris malitiose cessavit, tali pacto, lege et tenore, quod qualicumque die dehinc ad unum proximum annum Gratianus venerit ad iustitiam faciendam Benecto, dato convenienti pignore in manus consulum treguanorum, ad eorum voluntatem, et reddito primum

quod pro hac investitione datum est, scilicet den. xv pro dato civ. et vi pro breve isto et v missorum et iii pro tenuta denuntianda, hec possessio et teneris immissio in eum revertatur, Benecto semper deinceps habente et lucrante de fructibus huius investitionis secundum quod venerit ad rationem de suprascripto capitali iii den. vel iii den. per libr. singulis mensibus, et hoc totum pro pena pro rata temporis, habita compensassione de eo quod fructus valuerint, cum eos perceperit et quantum minus exinde habuerit, totum super hanc investitione et obligatione permaneat. Si post annum Gratianus venerit, dato convenienti pignore in manus consulum treuguanorum, et semper ante et post annum, antequam causa inde fiat, vel rationem habeat, reddat totum, quod pro hac investitione datum est, nisi in quantum consules treuguanis cognoverint hanc possessionem fraudulenter fore petitam in totum vel in partem, tunc de eo in quo fraudem admisit, nichil reddi faciant et fructus vel den. predicto modo pro pena perceptos, fraudatorem restituere cogant et post annum Benectus sit possessor huius investitionis ad istar pignoris conventionalis et semper lucretur predictos den. vel fructus predicto modo pro rata temporis, donec debitum probaverit vel probare paratus fuerit, nisi visum fuerit consulibus treuguanis, quod per eum malitiose stet et honus probationis semper incumbat Benecto, quia personaliter agit, et salva ratione omnium aliarum personarum. In presentia: Panfollie causidici et Schetthe qd. Orlandi et aliorum. A. mcxci, iv kal. ian., ind. ix. Petrus qd. Gerardini, prenominati Leccamolini, imp. iudex et not.

Originale: D. 92.

1625. *(Capannori, Lucca), 24 Gennaio 1191.*

A. mcxci, ix kal. febr., ind. ix. Nos Bifolcus qd. f. Guerri de Capannore et Cresta uxor eius et filia qd. Gardelli de Lunata, michi Creste consentiente viro meo, interveniente michi notitia Glandonis iudicis regis Henrigi, a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis domno Alberto abbati et rectori eccl. et mon. atque abbacie S. Petri de l. Pottheuli et ad hopus et proprietatem atque utilitatem eccl. et mon. atque abbacie duas nostras petias de terris, q. sunt posite in confinibus ville

de Capannore; prima est campus cum arboribus, in l. u. d. in Campo Mencuccii, que tenet: unum capud in via publica, alterum in terra Panevini de Amtraccole, quam detinet Bonapresa, et in terra Mainecti qd. Mencori, latus unum cum fossa super se in terra filiorum et nepotum qd. Gerardi Arimundi, quam detinet Mencoro, et in terra Martinuccii qd. Guillii, alterum in terra et fossa Bernardi qd. Guiduccii de Quarquetra et nepotum suorum; secunda, q. est campus cum arboribus, in l. u. d. in Budracchi, que tenet: unum capud in terra Corsi Iulecte filii qd. Pimcii, alterum in terra Menchi et Martinuccii, latus unum in terra Guiliimini qd. Cristophani, alterum in terra Iohannis ¹ qd. Martini de Canabbia. Suprascriptas petias, una cum omni iure et actione et dominio seu proprietate, vobis ² vendimus et tradimus, cedimus atque mandamus. Ego Bifolcus pro me et Cresta in veritate et non spe future numerationis recepi pretium a Forese qd. Guicciardi Catolli advocato eccl. et mon. atque abbacie libr. xvi den. Luc. monete, quos den. vos abbas et abbatia habuistis pro parte pretii terrarum de Marlia, que vendite fuerunt Rustichello Bonmassaio et Piccinello eorumque consortibus de villa predicta de Marlia habitatoribus. Pena dupli, insuper libr. xl den. Luc. monete et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, que Luce pro tempore fuerit. Insuper nos iugales stipulato promittimus et convenimus tibi Foresi, procuratorio nom. recipienti pro abbacia, et nos, nostrosque heredes observaturos et omnia nostra bona iure pignoris et ypothecarum obligamus; quod si suprascriptus abbas et abbatia de suprascriptis terris de toto vel parte in litem vel molestiam aut dampnum rationabiliter venerint, quod a lite vel molestia unumquemque liberabimus et dampnum, si contingerit, infra xxx proximos dies emendabimus. Act. in una de predictis terris petia. S. m. iugallium, Bifolcus uxori sue consensit, Glando iudex ad interrogandum Crestam interfuit et secundum legem eam diligenter interrogavit. Preterea Cresta, consensu viri sui et notitia Glandonis iudicis, renumpsiavit omni iuri et rationi, quam habebat et ei pertinebat in predictis terris iure pignoris vel ypothecarum vel dotis aut antefacti vel morgincap aut ullo alio modo, et quicquid iuris vel rationis ei pertinebat, Foresi pro

abatia recipienti dedit, tradidit, cessit atque mandavit. S. m. Lamberti generi suprascriptorum iugalium filii Viviani qd. Rusticuccii, Godomanni qd. Martini Lietonis, Maconis de Quarto naturalis f. qd. Cristophani, qui tt. interfuere, manusque inposuere. Glando not. Federigi imp. et eius f. regis Henrigi iudex interfui et dictam Crestam diligenter interrogavi et post traditam complevi et dedi.

Originale: T. 138.

¹ Iohannis è scritto su rasu^{pa}. ² L'orig. ha: nobis

1626.

Lucca, 25 Gennaio 1191.

A. MCXCI, VIII kal. febr., ind. IX. Ego presb. Datus rector eccl. et cappelle S. Quirici de villa de Capamnore, cum consilio et assensu atque voluntate Pinochi qd. Uguiccionis, Ildebrandini qd. Gratiani de Canabbia, Guidonis qd. Mondini, Ranuccini qd. Montanini custodum et consulum populi et vicinantie suprascripte ville, et etiam pro bono et utilitate atque melioramento suprascripte nostre eccl., nominatim pro deliberando debito ipsius eccl., facto olim a presb. Guidone qd. ecclesie rectore, et in presentiarum eccl. et plebis S. Pauli archipresb. seu plebano existente, et partem cuius debiti Soffreduccius qd. Huberti Sandei modo debet recipere, et quod fuit ab initio libr. XVI capital(is), ut in cartula, manu Gottifredi not. scripta, apparet, et libr. IV pro usuris et expensis tenute facte super bona predicte eccl. S. Quirici et pro fructibus ipsius tenute Soffreduccii predicti; et similiter pro solvendo debito, quod fecit dictus presb. Guido ab Arlotto Salano Henrigi Tamgrandis et consortium, per hanc cartulam vendo et trado vobis domno Alberto abbati et rectori eccl. et mon. B. Petri de Pottheule, et ad hopus et proprietatem eccl. et mon., unam petiam de terra, iure proprietario eccl. S. Quirici pertinentem, que est campus, posita in confinibus predicte ville, in l. u. d. in Lappeta, que tenet: unum capud in terra et media fossa Godomanni qd. Martini et Bononcontri et Solimani gg. qd. Africantis, alterum in terra vestre eccl. et abatie et media fossa, quam ab ipsa abatia detinent Martinus qd. Cristophani de Paganico et Rolandinus Malagallie

de Capannore, latus unum in terra curie et dominorum de Porcari, quam filii qd. Maloditi de Luca habent in feudum ab ipsis dominis et quam terram detinet Cortafuga de Paganico, alterum in terra et media fossa vestre eccl. et abatie et quam detinent filii qd. Guerruccii. Suprascriptam petiam, una cum omni iure et actione et dominio seu proprietate, vobis vendo et trado, cedo atque mando. Profiteor me in veritate, et non spe future numerationis, pretium recepisse a Forese qd. Guicciardi Catolli avvocato eccl. et abatie, dante et solvente pro eccl. et abatia sive mon., lib. xxx den. Luc. monete; de qua summa Soffreduccius habuit pro eo quod debebat recipere a prefata mea eccl. S. Quirici lib. xx, et alias lib. x habuit Arlottus pro parte sui crediti, et egomept presb. Datus ex ipsis recepi pro debitis mee eccl. liberandis, et quos den. omnes Forese pro abatia et alii pro eo et abatia receperunt et habuerunt pro parte pretii terrarum, quas abatia vendidit Rustichello Bonomassaio et Piccionello et consortibus in l. Marlia. Pena dupli, insuper lib. lx den. Luc. monete et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, que Luce pro tempore fuerit. Insuper ego presb. Datus stipulato promitto et convenio tibi Foresi, pro abbatia procuratorio nom. recipienti, et me meosque successores observaturos et bona mee eccl. iure pignoris et ypothecarum tibi Foresi obligo, quod si abbatia vel abbas, q. pro tempore fuerit, de suprascripta terra per rationem vel usum civ. in litem vel molestiam aut dampnum venerint, quod a lite et molestia liberabunt et dampnum, si contingerit, infra xxx proximos dies emendabunt, sub omnibus suprascriptis penis, et pena soluta, omnia rata et firma permaneant et nichilominus presb. Datus et eccl. S. Quirici obligati teneantur, quia taliter inter presb. Datum rectorem et Forese fuit statutum atque compositum. Act. Luce, in domo mea Glandonis. S. m. presb. Dati. S. m. Picconis qd. Bianchi de Monte, Henrichetti qd. Pungnetti, Godomanni qd. Martini, Baldini qd. Ildebrandini de Sancto, qui tt. interfuere, manusque inposuere. Glando not. Federigi imp. et eius filii regis Henrigi iudex interfui et post traditam complevi atque dedi.

1627.

Lucca, 8 Febbraio 1191.

A. MCXCI, VI id. febr., ind. IX. Ego Spina qd. Banbancelli per hanc cartulam vendo et trado vobis Matheo et Lamberto canonicis S. Martini Luc. episcopatus, videlicet tibi presb. Matheo ad partem canonicis S. Martini et tibi presb. Lamberto tuo proprio nom. omnes infrascriptas terras, quas habeo in Massa Macinaria et in eius confinibus; prima est cum edificio case solariate super se et palmento de petra et tino de ligno et butte et arcile et ortus et vinea insimul comprehensa, que tenet: unum caput in vinea suprascripte canonice, quam detinet Bonfiliolus et filii qd. Viviani, aliud in silva suprascripte canonice, quam tenet suprascriptus Bonfiliolus, latus unum in via publica, aliud in terra suprascripte canonice et in terra Gerardini Macrateste, quam tenet Ciafarimus de Monte; secunda est in tenereto et tenet: ambo capita in terris S. Martini, latus unum in terra Gondithinga, aliud in terra qd. Casci: tertia, ibidem, tenet: unum caput cum uno latere in terris S. Martini, aliud in terra q. fuit Gerardii et de suis consortibus; quarta est olivetum, dicitur ad Valle Teuderaldi prope u. d. Grimalfi et tenet: unum ca(p)ut in terra qd. Dominichi, aliud in terra Dominichi, latus unum in terra qd. Stefani, aliud in comunalia; quinta est vinea in eodem l. Valle Teuderaldi et tenet: unum caput cum uno latere in terra qd. Benedicti, aliud in terra S. Petri, aliud latus in terra Petri; sexta petia in eodem l. Valle Teuderaldi, tenet: unum caput in terra, q. fuit Guillii, aliud in terra, q. fuit Lei et Moronci, latus in terra S. Iusti, aliud in terra, q. fuit Inghithi. Item vendo et trado vobis ius et proprietatem, quod h(ab)eo in duabus petiis de terris, q. sunt vineę et sunt ibidem u. d. Valle Teuderadi; caput in terra S. Andree, aliud in terra Domiccii, latus in terra q. fuit Stefani, aliud in terra q. fuit Guilli et Dominichi; secunda petia est prope eccl. S. Iusti et tenet: unum caput in terra S. Martini, aliud in terra de filiis qd. Lamberti, latus unum in terra et sepeto de filiis Benedicti et de suis consortibus, aliud in terra q. fuit Stefani et de suis consortibus. Item (vendo) duas petias de terris, q. sunt vinee u. d. Colle de Bertaldo; prima tenet: unum caput in terra, q. fuit Guidi et Andree, aliud in terra S. Martini, ambo latera in terra, q. fuit Dominichi et Martini;

secunda tenet: unum caput in terra, q. fuit Lamberti, aliud in terra S. Martini, latus unum in terra * * , aliud in terra q. fuit Petri et Lei gg. et de eorum consortibus: que petie, excepta illa ubi est casa, continentur in cartula emptionis scripta manu Guidi iudicis et not. Item unam petiam de terra, q. continetur in cartula scripta manu Urbicciani iudicis, et est u. d. Longuoia et Moriccia, et tenet: unum caput in terra q. fuit Petri, aliud in terra S. Martini, latus in terra Magiori, aliud in via publica. Item illas sex petias de terris, ut continentur in cartula scripta manu Petri not., et sunt in Costogiore, quas detinet Vitalis de Costogiore vel filius; prima est campus, et tenet: ambo capita cum uno latere in viis publicis, alterum in terra Bonacursi qd. Petri; secunda est campus, et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra Baldinelli, latus unum ¹ in rivo, aliud in terra Arrighetti qd. Honeschi; tertia est vinea, et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra Baldinelli, latus unum in terra suprascripte canonice, aliud in terra suprascripti Henrighetti; quarta est vinea, et tenet: unum caput in via publica aliud in terra Beneveni, latus unum in terra suprascripti Arrighetti, aliud in terra suprascripte canonice; quinta est vinea, et tenet: unum caput in terra, quam vobis vendo, aliud in terra Fughe, latus unum in terra Maginelli, alterum in terra suprascripti Arrighetti; sexta est campus, et tenet: unum caput in terra [...], alterum in via publica, latus unum in terra suprascripti Arrighetti, aliud in terra suprascripti Beneveni, et sic continentur in cartula emptionis a Mathacavallo et Rolandino gg. Item vobis vendo quatuor petias de terris ut per capita et latera sunt designata in cartula Cipriani not.: prima est u. d. Carraiola et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra S. Martini, latus unum in terra Magiori de Costogiore, aliud in terra Cigorini; secunda est vinea u. d. sub (?) Strada (?), et tenet: unum caput in terra suprascripti Magiori, aliud in terra Honeschi, latus unum in terra Vitaliori de Monte (?), aliud in terra S. Martini; tertia est vinea u. d. sub Strata: caput in terra Magiori, aliud in terra predicti Cigorini, latus unum in via publica, aliud in terra S. Michaelis de Advocatis; quarta est campus u. d. in Campo S. Martini: (unum caput tenet) in via publica, aliud in terra hospitalis S. Martini, latus unum in terra

suprascripti Vitaliori, alterum in terra Magiori et Cigorini. Item unam petiam de terra, quam emi a Petro qd. Mencuccii et Honesca eius uxore, ut continetur in cartula Urbicciani iudicis et not., et est vinea in l. u. d. a le Muriccia et u. d. Longoia et tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud in terra Vitalis, aliud latus in terra Advocatorum. Item quatuor petiis de terris, quas emi a Corso qd. Iohannichi et Ghisla uxore eius, ut continetur in cartula Guidi iudicis et not.; prima est vinea u. d. Carraiola, et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra S. Martini, latus unum in terra Magiori de Costogiore, alterum in terra Cigorini; secunda est vinea u. d. sub Strada: caput in terra suprascripti Magiori, aliud in terra Oneschi de Cortina, latus in terra Vitaliori de Monte, alterum in terra S. Martini; tertia est vinea u. d. sub Strata: caput in terra suprascripti Magiori, aliud in terra prefati Cigorini, latus in via publica, aliud in terra S. Michaelis de Advocatis; quarta est campus u. d. Campo S. Martini; caput in via publica, aliud in terra hospitalis S. Martini, latus in (terra) Vitaliori de Monte, aliud in terra Magiori et Cigorini. Item vendo et trado vobis unam petiam de terra, quam emi a Bonandino et Clavella eius uxore, ut continetur in cartula scripta manu Petri not. et est campus in l. u. d. Maccenare et u. d. Costogiore, et tenet: unum caput in terra Antelminelli, alterum in terra, quam vobis vendo, latus unum in terra Accursi, aliud in terra Fuge. Item aliam petiam terre, quam emi a Fuga et Henrigo gg. qd. Arlocti (?), ut continetur in alia cartula suprascripti Petri not., et est u. d. al Filare, et tenet: unum caput cum uno latere in terra, quam vobis vendo, alterum caput in terra suprascripti Antelminelli, alterum latus in terra filii Martinelli. Item vobis vendo ius et melioramentum, quod mihi pertinet, ut continetur in cartula Urbicciani not., de decem et septem petiis de terris, que petie sic in suprascripta cartula continentur designate; prima est vinea ad Scafiano u. d. in Cafagio, que ab (?) uno capite copulatur vie publice, aliud caput tenet in semitula, latus in terra S. Martini Luc. episcopatus; secunda est vinea ibidem, tenet: unum caput in simitula, aliud in via publica, latera ambo in terra, quam Vitaliorus et Petrus detinent; tertia est vinea u. d. in Carraiola, et tenet: ambo capita in viis publicis, latera

ambo in terris, quas suprascripti Petrus et Vitaliorus detinent; quarta est vinea ibidem, que tenet: ambo capita in viis publicis, latus unum in terra, quam detinet Bonellus, alterum in terra, quam Petrus et Vitaliorus detinent; quinta est vinea u. d. Anghio, que tenet: unum caput in terra, quam detinet Buschiectus, alterum in terra, quam suprascriptus Petrus detinet, latus unum in terra, quam Vitaliorus detinet, alterum in via publica; sexta est vinea u. d. Frascone, que tenet: unum caput in via publica, aliud in terra, quam suprascriptus Vitaliorus detinet, latus unum in terra, quam detinet Gerardinus qd. Gregorii, alterum in terra, quam suprascriptus Petrus detinet; septima, vinea, ibidem, tenet: unum caput in terra, quam suprascriptus Vitaliorus detinet, latus similiter, alterum caput cum reliquo latere in terra, quam suprascriptus Petrus detinet; octa(va) est vinea ibidem, et tenet: ambo capita cum uno latere in terra, quam suprascripti Petrus et Vitaliorus detinent; nona est vinea ibidem, et tenet: unum caput cum uno latere in terris, quas suprascripti Petrus et Vitaliorus detinent, aliud caput similiter; decima est vinea cum arboribus ibidem; tenet: unum caput in via simitula, aliud cum uno latere in terra, quam suprascripti Petrus et Vitaliorus detinent; undecima est campus u. d. Ritondoro, et tenet: unum caput in terra Honesci, aliud cum uno latere in terra, quam suprascripti Petrus et Vitaliorus detinent; duodecima est sterpetus u. d. Terra Rossola, que tenet: unum caput in rivo, aliud cum uno latere in terris, quas suprascripti Petrus et Vitaliorus detinent; tertiadecima est silva u. d. ne la Costa, et tenet: unum caput in rivo, aliud cum utroque (latere) in terra, quam suprascripti Petrus et Vitaliorus detinent; quartadecima est silva u. d. in Canali, que tenet: unum caput in terra, quam suprascriptus Petrus detinet, aliud in terra, quam Gerardinus detinet, latera ambo in terra, quam suprascripti Petrus et Vitaliorus detinent; quintadecima est silva u. d. a la Fracta et in Botro, que ab uno capite copulatur vie publice, aliud caput in terra, quam suprascriptus Petrus detinet, latera ambo in terra, quam suprascriptus Petrus et Vitaliorus detinent; sextadecima est silva u. d. ne la Costa, que tenet: unum caput in terra, quam suprascripti Petrus et Vitaliorus detinent, aliud in terra filiorum qd. Truffe, quam detinet Todus cum con-

sortibus, latera ambo in terra, quam suprascriptus Petrus detinet; septimadecima est silva cum capanna et curte super se u. d. in Monte, que tenet: ambo capita cum uno latere in terris, quas suprascripti Petrus et Vitaliorus detinent. Item melioramentum unius petie de terra, q. est imbrenteti et sterpetus et mons u. d. ne la Costa, que tenet; unum caput in terra, quam suprascriptus Petrus et Vitaliorus tenent, aliud caput similiter, latus unum in terra filiorum qd. Truffe, aliud in terra, quam suprascripti Petrus et Vitaliorus tenent cum suis consortibus. Item vendo et trado vobis illas tredecim petias de terris, quas emi a Tinioso canonico suprascripte vestre canonice pro sex lib., ut continetur in cartula Vitalis not.; prima est vinea et ortus, que tenet: unum caput cum uno latere in terra Gerardini, quam detinet Vitalis et Palmentum qd. Petri et aliquantulum in via publica, aliud in terra suprascripti Vitalis et Palmenti et aliquantulum in via, aliud latus in terra, quam vobis vendo; secunda est vinea ibidem, prope canale, que tenet: unum caput in terra suprascripti Gerardini, quam detinent suprascripti Vitalis et Palmentum, aliud cum medio latere in terra Gualandi et Pelaviscini qd. Tinniosi, ambo latera in terris, quas vobis vendo; tertia est vinea in orto ibidem de monte, quam deganiavi cum Vitali et Palmento, et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra suprascripti Gerardini, latus in terra, quam vobis vendo; quarta est campus in l. Ribarcori, que tenet: unum caput in terra suprascripti Gerardini, aliud in terra Oneschi qd. Henrigi, latus unum in terra, quam vobis vendo, aliud in rivo; quinta est ibidem prope in Ritundoro, et est campus, que tenet: unum caput in terra, quam vobis vendo, aliud in terra Ruspilii qd. Tinniosi, latus unum in terra suprascripti Gerardini, quam detinet Palmentum, aliud in terra Gerardi qd. Gregorii, sexta est silva in Costa, et tenet: unum caput in terra, quam vobis vendo, aliud in terra suprascripti Gerardini, latus unum in terra, quam vobis vendo et in terra Vitalis et Palmenti, aliud in terra suprascripti Gerardini et aliquantulum in terra, quam vobis vendo; septima est silva in canale, que tenet: unum caput in terra Gualandi, aliud in terra suprascripti Vitalis et Palmenti, ambo latera in terra suprascripti Gerardini; octava est vinea a Schafiano, que tenet: unum caput in via publica,

aliud cum uno latere in terra suprascripti Gerardini et in terra, quam vobis vendo; nona est ibidem et est vinea, que tenet: unum caput in terra Guidi et Gerardini gg. qd. Riccii, aliud in terra suprascripti Gerardini, latus unum in via publica, aliud in terra, quam vobis vendo; decima est silva in Fracta ad Botrium, et tenet: unum caput in terris, quam vobis vendo, aliud in terra Magiori et de suis consortibus, ambo latera in terra suprascripti Gerardini; undecima est silva in Monte, que tenet; unum caput in classo, aliud cum uno latere in terra suprascripti Gerardini, aliud³ latus in terra, quam vobis vendo; duodecima petia est ibidem, que tenet: unum caput in terra suprascripti Gerardini, aliud in terra Maiori et de suis consortibus, latus unum in terra, quam vobis vendo, aliud in terra suprascripti Gualandi et de suis consortibus; tertiadecima est boscus ad terram * *, que tenet: unum caput cum uno latere in terris suprascripti Gerardini, aliud latus in rivo, latus unum in terra, quam vobis vendo. Has omnes petias una cum omnibus aliis terris cultis et incultis atque agrestibus, libellariis, tenimentis, terraticis et melioramentis, iuris, actionibus, derictis, que habeo in Massa Macinaria vel confinibus, tibi presb. Matheo pro canonica S. Martini et tibi presb. Lamberto tuo proprio nom. vendo et trado. Recepi pretium a te presb. Matheo lib. XLVII et a te presb. Lamberto libr. xxxvi. Pena dupli et insuper CLXVI libr. Luc. den. et sub pena potestatis et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si qua pro tempore Luce prefuerit. Act. fuit Luce, in capitulo canonicè suprascripte eccl. Asquinius qd. Arpini, Porcellus qd. Manducaliomini, Ventura qd. Bellomi, Benenatus qd. Bonfilii tt. interfuerunt. Guilielmus not. imp.

Originale: S. 109.

¹ *Seguono le parole* in terra canonice S. Martini *espunte.* ² *Segue caput cancellato.*

1628.

Lucca, 20 Febbraio 1191.

Matheus presb. can. et camerarius canonice eccl. S. Martini, pro ipsa canonica, per cartam, quam in sua tenuit manu, per tenimentum et perpetuam locationem investivit Luc-

chesem qd. Bulsi de una petia de terra, q. est iuxta carbonariam, a capite videlicet dormitorii eiusdem canonice, quantum ipse et sui heredes et proheredes in perpetuum habeant et detineant eam a canonica ad lab. et ad reddendum ex ea annuatim camerario canonice ad cameram canonice in mense ian. sol. III Luc. monete; et Matheus convenit et promisit Lucchesi quod nec ipse nec eius successor tollent ei suprascriptam terram nec amplius superimponent, nisi amiserit suprascriptam terram vel maiorem partem; tunc Lucchese debet reddere pro rata; et Lucchese convenit et promisit camerario, quod nec ipse nec sui heredes nec proheredes dimittent suprascriptam terram et quod annuatim solvent pensionem, et si civitas reliquerit viam vel de carbonaria, quod reddent et accrescent pensionem pro rata. Que omnia Matheus et Lucchese se obligaverunt observare ad penam dupli et potestatis et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si qua pro tempore Luce prefuerit. Que petia terre tenet: unum caput in terra et media fossa hospitalis S. Martini, aliud iuxta carbonariam, latus unum in terra Bonoti, aliud in terra Martini qd. Gottifredi Rossi. Hec acta fuerunt Luce, in suprascripta canonica, in presentia Guarnieri f. Corbaccionis, Sassi qd. Gerardi, Iacobi qd. Dominichi. A. MCXCI, x kal. mar., ind. IX. Guilielmus not. imp. interfui et rogatu utriusque partis hec scripsi.

Originale: N. 111; Regestum A, c. 26 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XIII: Locatio facta Luchesi Almusneri de orto post dormitorium. Pensio, sol. III. II Reg. A: Tenimentum predicti ortuli (cf. il reg. n. 788) datum a canonicis S. Martini Luchesi Almusneri qd. Bulsi pro sol. III, reddendis nobis in ian.; que terra tenet modo caput in carbonaria civitatis, q. tota fuit de predicto orto usque ad viam, q. est iuxta murum veterem civ., alterum caput tenet in orto hospitalis nostri, latus in terra Bonoti, alterum (in terra) filiorum Gottifredi et (?) Rossi de Arcu, qui descendit de supradicto Gerardo (cf. il reg. n. 539) per feminam. A. Domini MCXCI. Guilielmus astronomicus fecit cartam.

1629.

(Pisa, 28 Febbraio ? 1191).

Henricus¹ rex. Hominibus de Massagrosa. Venientes ad presentiam nostram venerabiles viri canonici Luc., nobis gravem de vobis querelam deposuerunt, quod, cum eorum

homines sitis, et fidelitatem eis et comandamentum eorum iuraveritis, iura eorum et honorem in terra de Massagrosa nisi estis, per litteras a nobis, tacita veritate, impetratas, eis auferre; quia ergo, secundum tenorem privilegii Federici patris nostri et divorum imperatorum eius predecessorum, et nostri homines et terram de Massagrosa cum omnibus pertinentiis eius, ad eorum iurisdictionem et dominium cognovimus pertinere, mandamus vobis et districte precipimus, quatinus canonicis, tamquam veris dominis, in omni iuri suo et honore sitis obedientes et quicquid in litteris, quas a nostra maiestate inpetrastis, continetur contra privilegia decessorum nostrorum, canonicis indulta, et contra iura canonicorum, cassamus. Sententiam quoque inter vos et canonicos per R(olandum) Lunensem ep., G(uidonem) Luc. archipresb., magistrum Henrmannum Luc. canonicum, G(uidonem) qd. Paganelli, tunc Luc. potestatem et B. iudicem, ex consensu partium latam, sicut continetur scripta manu Guilielmi not., confirmamus, precipientes, ut, vel sententie pareatis, vel penam statutam solvatis, secundum tenorem sententie, post acceptas litteras, infra mensem. Cum vero quattuor pedites, ad expeditionem, nobis promiseritis, precipimus vobis, ut per canonicos, ad eorum voluntatem, eos nobis proxima Dominica ad Sanctum Quiricum bene armatos mittatis. Datum a. M^oC^oLXXXIII^o,² die kal. oct., regni nostri a I, ind. I,³ Pisis.⁴

Originale (?): CC. 21. *Sigillo pendente, perduto. Copia del sec. XIII*: CC. 3; *copia 1374 novembre 22, arch. Capit., cod.*: P. ¶ XXXI, c. 6^v e c. 12 *estr.*; *copia cart. sec. XVI, arch. Capit.*: Banco XVIII, busta VI; *copia cart. sec. XVII nel cod. dell'arch. Capit.*: P. ¶ XII, c. 71; *copia cart. sec. XVII, arch. Capit.*: Y, 1^o, n. 13. *Stumpf, n. 4685 a., Acta ined., 562, n. 401.*

¹ *Corretto da Henrigus* ² —III è su rasura. ³ *L'indizione non corrisponde.* ⁴ *Il passo da Datum a Pisis fu aggiunto da mano coeva. Per la data cf. Stumpf, loc. cit.*

1630.

(Lucca), 18 Aprile 1191.

A. MCXCI, XIV kal. madii, ind. IX. Nos Ugolinellus et Lucchese gg. qd. Ugolini et Conmare uxor Ugolinelli et filia qd. Bistrichi et Massaia uxor dicti Lucchesi et filia qd. Signorecti, nobis mulieribus consentientibus viris nostris, ubi interfuit notitia Guidonis iudicis imp., a quo interrogate (su-

mus) secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus tibi Benenato qd. Bonfilioli omnes casas et cassinas seu casalinos et terras cultas et incultas atque [a]grestes, tenimenta seu libellaria, quantas et quas habemus et nobis pertinet in l. Masse Macinarie vel in eius continibus, de quibus redditur de eis¹ canonice eccl. S. Martini star. ix de vino, ad star. anticum in singulis annis per totum mensem sept. Omnia predicta una cum omni iure, actione et proprietate et dominio, nobis pertinente, tibi vendimus et tradimus, cedimus atque mandamus. Recepimus pretium libr. vii et dimidiam Luc. den. Pena dupli sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et potestatis, q. Lucam distringeret et eorum terras. Act. prope eccl. S. Marie de Curte Orlandinga. S. m. iugalium. Et si Benenatus vel eius heredes aut cui dederit, venerit in dampnum vel in menimantiam de superscriptis rebus, quod in omnibus bonis superscriptorum iugali[um habea]nt regressum, sub omnibus superscriptis penis; et iandicti viri eorum uxoribus consenserunt, et omni iuri, de eis sibi compe[te]ntibus, iandicte mulieres renuntiaverunt et firmum et ratum tenere promiserunt, sub omnibus superscriptis penis. Guido iudex interfui et iandictas mulieres secundum legem interrogavi et hic ss. S. m. Mar[t]i[n]i (?) qd. Beneincase, Amati f. Rossi tt. G[ui]do iudex et n[ot]o. sacri pal. Frederici imp.²

Originale: O. 53. Nel verso, da mano del sec. XII: Compra Benenati etc. E da mano del sec. XIII: Unde Guerriscius, q. d. Masso, IIII star. millii et VIII star. musti; ut continetur in carta tenimenti facta (?) [...].

¹ *Il passo: de quibus redditur de eis è scritto su rasura.* ² *Il nome del not. si legge nella corroboratio.*

1631.

Pescia Maggiore, 19 Aprile 1191.

A. MCXCI, tertio decimo¹ kal. madii, ind. ix. Nos Rasticucius qd. Albertini et Benincasa uxor eius et filia qd. Melletti, mihi Benincase consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Aldrici iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi

Bricio qd. Martinelli petiam unam de terra, q. est in campo de Piscia, subtus molina de Altopasso in l. u. d. in Cavalline, que est quarterium unum; que tenet: unum caput in terra Cipriani qd. Guiducii, alterum in terra Corteselli qd. Guidotti, latus unum in terra Peldevacche qd. Greci, alterum in terra Brunetti qd. Pandolfini. Recepimus pretium libr. III et sol. XII den. Luc. Pena dupli et insuper arg. libr. II, sub pena potestatis que nobis pro tempore dominabitur. Act. Piscie Maiori, prope molinum episcopi. Iugales hanc cartulam fieri rogaverunt, Rusticucius uxori sue consensit, et Benincasa omni suo iuri de predictis rebus sibi pertinenti abrenuntiavit. Guarmingione qd. Lucardini et Carmuscettus f. Laidoli et Brunettus qd. Pandolfini tt. interfuerunt. Aldricus iudex ac not. imp.

Originale: M. 144.

¹ tertio — *è su rasura.*

1632.

Lucca, 26 Aprile 1191.

Ex huius publici instrumenti descriptione omnibus innotescat quod Rustichellus qd. Gili de Panico et Proficata coniux eius et filia Henrighetti, eidem Provicate consentiente viro suo, ubi interfuit notitia mei Bandini iudicis et not., a quo interrogata fuit secundum edicti paginam, sanis mentibus recteque loquentes, eccl. et mon. S. Petri de Potheuli obtulerunt et iudicaverunt inrevocabiliter de bonis et rebus eorum omnibus duo star. grani, ut infra denotabitur, et nominatim de una eorum petia terre, q. est ortus cum capanna, prope S. Mariam de Paganico, que etiam tenet: unum caput in terra et media fossa Guidi qd. Ruberti, alterum in terra et media fossa Martini qd. Cristofani, latus unum in terra suprascripti Guidi, alterum in terra et media fossa, quam tenet suprascriptus Rustichellus et que est Inghifredi qd. Bernardini eiusque consortium. Hoc tamen tali tenore, quod dum suprascripti iugales vixerint, habeat de bonis et rebus eorum omnibus et nominatim de suprascripta petia, q. est eorum alodium, de predictis duobus star. eccl. et mon. annuatim unum star. grani et uno eorum vivente et altero etiam eorum dece-

dente unum star. et medium grani ambobus vero iugalibus mortuis duo star. grani boni et sicci et rationabiliter mundi, iusto star. Luc. venditorio pro tempore currente mensurato tractum et paratum aput mon. et eccl., habendo manducare et bibere panem et vinum persona, q. granum adduxerit. Que omnia acta sunt Luce, in domo filiorum qd. Sclatte, prope portam S. Fridiani. Presentia Cortafugghe de Paganico qd. Panfollie et Martini f. Dominichi et Riccii cellerarii ipsius mon. conversi et qd. Lambertuccii filii. A. MCXCI, VI kal. madii, ind. IX. Bandinus Frederici imp. eiusque f. regis Henrici iudex et not. hec descripsi meoque signo et nomine in posterum confirmavi, et Provicatam secundum leges interroga(vi).

Originale: V. 23.

1633.

Lucca, 17 Maggio 1191.

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., in domo Maconis de Calthoria, bonorum virorum presentia quorum nomina subter leguntur, Benenatus qd. Bonfilioli per cartam, quam in sua detinuit manu, investivit Guerriscium qd. Massori et Genmam uxorem eius et filiam qd. Carioni de omnibus illis terris cultis et incultis atque agrestibus, tenimentis et livellis, quantas et quas emit ab Ugolinello et Lucchese gg. in l. Masse Macinarie vel in eius confinibus, reservato sibi casam et omnes terras de valle et unam petiolam terre, q. est ante domum suprascriptorum iugalium; quatenus iandicti iugales vel eorum heredes ac proheredes haberent et tenerent per tenimentum et perpetuam locationem, ad reddendum de eis in singulis annis Benenato vel suis heredibus ac proheredibus per totum mensem a(u)g. star. IV de bono milio sicco et rationabiliter mundo, cum iusto Luc. star., tractum et paratum Luce ad casam sue habitationis; et qui reducerit suprascriptam blavam, debeat habere panem et vinum commedere; et per totum mensem sept. star. IX de bono vino musto puro, ad star. anticum eccl. et canonice S. Martini, ad palmentum. Benenatus sponndit et se suosque heredes ac proheredes obligavit non tollere suprascriptas terras et non facere aliquam superim-

positam dictis iugalibus et fore autorem et defensorem ab omni homine sub pena x lib. arg. et consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et potestatis que Lucam distringeret. Et Guerriscius et Genma, Genme consentiente viro suo, ubi interfuit notitia Guidonis iudicis imp., a quo interrogata fuit secundum edicti paginam, promiserunt et se suosque heredes ac proheredes et omnia eorum bona reddere anuatim predictum afflictum, sub pena x lib. et omnibus suprascriptis penis et dominium eorum terre. In presentia Fioresi qd. Guicciardi Catolli, Ugolini qd. Ughicc(i)onis de Vurno. A. MCXCI, XVI kal. iun., ind. IX. Preterea sciendum est quod predicti iugales receperunt a Benenato sol. XII, minus den. IV, ut confessi fuerunt, pro hec omnia confirmanda, sub omnibus suprascriptis penis. Guido iudex et not. Frederici imp.

Originale: S. 123.

1634.

Lucca, 5 Giugno 1191.

A. MCXCI, non. iun., ind. IX. Nos Guido archipresb. eccl. et canonice S. Martini et Matheus cammerarius et Giarfari et Tolomeus et magister Carone et Albertus et Lambertus presbiteri et Gerardus et Ungarus et Palmarius diaconi et magister Armannus et Thoccolus et Ubertus subdiaconi canonaci eccl. et canonice S. Martini, pro utilitate suprascripte eccl., per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Benenato qd. Bonfilioli omne ius, actionem, derictum, tenimentum, libellaria, usum atque mellioramentum nobis pertinente de omnibus illis terris cultis et incultis atque agrestibus, quas emimus a Simione qd. Malaspine in l. et fin. Masse Macinarie, ut continetur in cartula scripta manu mei Guidonis iudicis et not., de quibus (tu) Benenatus tuique heredes ac proheredes debeatis nobis reddere in singulis annis in mense ian. den. II et dimidium Luc. mon., ut suetum est. Recepimus libr. XI et dimidiam Luc. monete, quas dedimus pro utilitate suprascripte eccl. Pena dupli su[b?] pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et potestatis, que Lucam distringeret. Act. Luce, in canonica suprascripte eccl. S. m. suprascriptorum canonicorum. Preterea iandicti

canonaci Benenato dederunt et tradiderunt et cesserunt atque mandaverunt omne ius colonarie ascripticie vel originarie adversus tenitores predictarum terrarum vel eorum bona pertinente, sub omnibus suprascriptis penis. S. m. Bertraimi qd. Ugolini, Venture qd. Odolini tt. Guido iudex et not. Frederici imp.

Originale: O. 40.

1635.

Lucca, 16 Giugno 1191.

Gratianus de plebe S. Pauli qd. Ramundini filius, ab una parte, et Benettus qd. Petri Rofredi, ab altera parte, ad invicem inter se investitionem dederunt, sibique mutua vice promiserunt et convenerunt et se suosque heredes oblligaverunt ad penam dupli et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurum et Luc. potestatis, que Luce pro tempore dominabitur, quod ipsi et eorum heredes firmum et ratum habebunt et tenebunt omni tempore quicquid Henrigus not. dixerit vel laudaverit inter eos de infrascripta requisitione, quam Benettus Gratiano faciebat, de sol. xxvi capitalis et eorum usuris, unde erat in tenere super eum, ut in cartula scripta manu Petri f. Gerardini Leccamolini continebatur, et de expensis ipsius teneris, et de affictu huius anni, quem ei debebat, scilicet star. iv grani et iv milii; et de requisitione, quam Benettus ei faciebat, videlicet ut terram, quam ab eodem Benetto detinet, dimitteret eam ei liberam et disbrigatam, dicendo: tenimentum ruptum est propter contumaciam Gratiani; et Gratianus iuravit per Domini evvangelia, quod ipse ad terminum, quem Henrigus posuerit, solvet et dabit Benetto illam su(m)mam pecunie et blave, quam Henrigus dixerit seu laudaverit, secundum quod infra apparet. Henrigus not. laudavit et dixit ut Gratianus dehinc ad proximas kal. aug. tribuat et persolvat Benetto sol. xxix den. Luc. et pro eorum merito sol. ii den. Luc., si Benettus ipsos ii sol. recipere voluerit; item ut pro affictu huius anni, quem Gratianus debet Benetto de terra, quam ab eo detinet in suprascripto l. vel in eius fin., tribuat Benetto dehinc ad proximam festivitatem s. Reguli star. iv boni grani et iv de bono milio, ad star. Luc. venditorium mensuratum, et si Gratianus ita perexsol-

verit, laudo ut Benettus nullo modo possit vel debeat auferre Gratiano suprascriptam terram, inmo Gratianus et eius heredes et proheredes debeant eam habere et tenere per tenimentum sicuti Gratianus eam usque modo detinuit, ad reddendum exinde annuatim in mense aug. Benetto et eius heredibus et proheredibus Luce ad domum eorum habitationis star. iv de bono grano et iv de bono milio, ad star. Luc. venditorium mensuratum; et si Gratianus predictam pecuniam et predicta viii star. blave non solverit, laudo ut Gratianus ab inde in antea non intromittat se de suprascripta terra, inmo eam Benetto liberam et disbrigatam dimittat, sine lite vel molestia, et semper predicta tenuta in suo vigore remanente, ac si predictum laudamentum non esset prolatum. Hec acta sunt presentibus Mangietto qd. Mini et Buricato qd. Lamberti. A. MCXCI, XVI kal. iul., ind. IX. Act. Luce. Henrigus imp. not.

Originale: D. 92.

¹ boni è nell'interlineo.

1636.

Presso Pescia Minore, 16 Giugno 1191.

Breve ad memoriam habendam, qualiter bonorum hominum presentia, quorum nomina inferius scripta sunt, Bene qd. Ricii et Movilia uxor eius et filia qd. Gualfreducii et Stefanus qd. Olivoli et Aconciata uxor eius et filia qd. Viviani et Iunta qd. Gua(l)freducii et Luchese uxor eius et filia qd. Factoris et Martius qd. Rodolini et Bona uxor eius et filia qd. Bonithi et Amicus qd. Cecii et Amata uxor eius et filia qd. Grilli de Montecalvoli et Blancus qd. Capitonis et Avengiente uxor eius et filia qd. Grilli et Gratianus qd. Benetti et Dulcera uxor eius et filia suprascripti qd. Grilli de Montecalvoli, predictis Bene et Stefano et Iunta et Martio et Amico et Blanco et Gratiano consentientibus uxoribus eorum, ubi interfuit notitia Aldrici iudicis imp., a quo secundum legem interrogate sunt, per fustem et cartam, que in eorum tenebant manibus, in perpetuam locationem et tenimentum investiverunt et dederunt Ricio converso mon. de Potheoli, recipienti ad partem et utilitatem mon., petiam

unam de terra, q. est in l. u. d. ad Terme, prope molina mon., que tenet: unum caput cum uno latere in terra predictorum hominum, quam sibi reservant, alterum caput in via publica, alterum latus a septentrionali parte in terra mon., et est predicta petia per longitudinem pedes LXXX, excepta gora, q. per medium currit, per latitudinem pedes LXIV; quatenus a presenti die in antea in perpetuum Albertus presens abbas mon. vel eius successores habeant et teneant per tenimentum suprascriptam petiam et reddant eis et Bontalento¹ et Lanfranchino gg. qd. Guerrisii vel eorum heredibus aut proheredibus omni anno in mense sept. star. iv de puro milio et iv de panico bono et sicco, ad iustum star. de Piscia per tempora currens, data et consignata eis ad molina mon., que sunt in aqua Piscie Maioris.² Pena mille sol. Luc. et sub pena Luc. consulum et treguanorum presentium vel futurorum, vel potestatis, que Luc. civ. pro tempore prefuerit et sub pena cuiuscumque potestatis (que) eis pro tempore dominabitur. Bene et Stefanus promiserunt et convenerunt iamdicto Ricio pro mon. et obligaverunt se suosque heredes sub omnibus predictis penis, quod facient Bontalentum et Lanfranchinum gg. confirmare suprascriptam investitionem et dationem pro eis, postquam fuerint in etate XVIII annorum, deinde ad unum mensem post inquisitionem. Acta sunt hec prope Pisciam Minorem, in l. u. d. ad Scorzabocchonem. Presentia: Garilliani f. Guaderdonis et Pandolfini qd. Petri et Ratillii qd. Letoli et Guerri qd. Gualfreducii. A. MCXCI, XVI kal. iul., ind. IX. Aldricus iudex ac not. imp.

Originale: V. 85.

¹ Bontalento è scritto su rasura. ² L'orig. ha: Muioris

1637.

1 Luglio 1191.

“ Beneveni condam Uguiccionis et Martinossus condam Gerardini et Bon cristianus condam Cascii iuraverunt precepta et commandamenta canonicorum Luc. capituli. Manu Iacobi not. de rogito Guillelmi not. (A.) M^oC^oLXXXXI^o, kal. iulii „.

Regestum B, c. 77 v.

1638.

Lucca, 11 Luglio 1191.

Cenamus et Veronese Aliotti Luc. causarum consules et treugvani, in Luc. civ. in eccl. S. Sentii residentes, bonorum hominum presentia quorum nomina inferius continentur, investierunt Foresem Guicciardi advocatum eccl. S. Martini, quatinus ipse pro suprascripta eccl. per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate esset in tenere et [p]ossessione in tribus petiis terrarum, q. sunt campi, in l. S. Angeli in Campo, ¹ et quas a suprascripta eccl. tenebat Rolandus Talialegambe, ² unde annuatim solitus erat ei reddere iv star. et medium grani; ³ prima tenet: unum caput in terra Pieri Cosini et in terra filiarum qd. Alcherii, aliud cum uno latere ⁴ in terra filiorum Tederelli, aliud (latus) in terra S. Pontiani; secunda tenet: unum caput in terra filiorum qd. suprascripti Tederelli, aliud in via publica, latus unum in terra Fridiccionis, aliud in terra filiorum Bulgiarrii; ⁵ tertia tenet: unum caput in via publica, aliud in terra Aldibrandini, ⁶ latus unum in terra S. Pontiani, aliud in terra Fridiccionis. ⁷ Pro eo quod suprascriptus advocatus a Rolando petere intendebat eas terras ea ratione, quia dicebat Rolandum triennio et plus in reddito tenimenti vel libelli iv star. et medium grani cessasse et per contumaciam, quare dicebat illas liberatas et disbrigatas ad ipsam eccl. reverti debere et a melioratione sua Rolandum ex constitutione civ. et ratione debere cadere, qui Rolandus, post dationem pignoris, malitiose a causa cessaverat; tali lege atque tenore, quod qualicumque die dehinc ad unum proximum annum venerit Rolandus eidem eccl. ad iustitiam faciendam, convenienti pignore in manus consulum et treugvanorum, ad eorum voluntatem, dato, et redditis prius sol. xx pro dato civ. et ii pro breve isto et den. v pro missis, qui pro hac investitione dati sunt, hec possessio et teneris inmissio in eum revertatur, ipsa eccl. semper deinceps habente et lucrante omnes fructus huius investitionis (pro) rata temporis, et semper infra et post annum, priusquam causa inde fiat, vel rationem habeat, convenienti pignore etc. dato, reddat cum venerit ad iustitiam faciendam eidem eccl. totum quod pro hac investitione datum est; post annum vero Rolandus honore petitoris gravetur et suprascripta eccl. commodo possessoris fungatur, quia in rem

agit, et salva ratione aliarum omnium personarum. Presentia: Rolandi Guicciardi et Guidi Iannucci et Matholini. A. mcxci, v id. iul., ind. ix. Acursus not. imp.

Originale: G. 149; Regestum A, c. 35 v; Regestum B, c. 48 v.

Nel verso della carta, da mano del sec. XIII: Nil valet.

¹ *Il Reg. A aggiunge:* u. d. Pethanello; que sunt pars predictarum novem cultrarum (cf. *il reg. n. 334*). ² *Il Reg. A:* tenuta etc. contra Orlandum Tallialegambe. ³ *Il Reg. A aggiunge:* alias IIII et medium reddebat Porcettus qd. Cighi. ⁴ *Il Reg. A:* in terra, q. fuit nostra; quam vendidimus filiis Tederelli et ipsi Altepascio. ⁵ *Il Reg. A aggiunge:* quam detinebant a nobis pro II star. grani. ⁶ *Il Reg. A:* Aldibrandini de Urbicciano. ⁷ *Il Reg. A aggiunge:* Has terras detinent modo heredes Porchetti cum terris, quas ipse prius detinebat a nobis et reddit (*sic*) inde, prout in novo roncinio continetur.

1639.

Lucca, 12 Agosto (1191?).

[Brev]e memorie causa descriptum, Luce, prope eccl. S. Michaelis, qui d. ad Pontem Fori, in domo operis predic[te] eccl., presentia bonorum hominum, quorum nomina inferius apparebunt descripta, lis et controversia et discordia, q. vertebatur [inter canonicos S. M]artini et presbiterum Albertum, quem posuerunt ipsi canonaci in cappella de Conca contra voluntatem plebani de Campom[aiore], ex una parte litigantes, et plebanum de Cammaiore et cappellanos suos, ex altera parte, litigantes, commissa fuit in arbitrium plebanorum, scilicet presb. Rolandi plebani plebis S. Stephani et presb. Guilielmi plebani plebis Monasterii Sigradi [...]runt. Qui plebani ambo ita diffinierunt, dicentes: In nom. Domini, amen. Nos laudamus quod predictus [...] matricis eccl. et canonicorum sit cappellanus in eccl. de Conca cum concessione et bona voluntate [...]e et ipse presb. Albertus faciat et promittat obedientiam plebano de Cammaiore, sicut alii cappella[ni pro]mittunt; et laudamus quod illud, quod factum est per canonicos in cappella de Conca nullo tempore deinceps [...] contra rationem vel bonum usum plebani et plebis de Camaiore, nec in cappella illa [...] et illius plebis in locatione sacerdotis nec in aliis personis vel rebus, set in omnibus ratio et bona consu[etudo ... p]lebis integre conserve-

tur omni tempore; et laudamus ut ille, qui modo est plebanus dicte plebis de [...], semper habeant potestatem locandi et dislocandi suas ecclesias, secundum quod iustum fuerit. [... et] laudamentum acta sunt in presentia Bonsignoris qd. Iuncte et Gafi qd. Uberti et [...] et Bernardi barbierii qd. Grilli. A. mc[...], pridie id. aug., ind. ix. [Ar]dicio not. imp. suprascriptis, scilicet confessioni et laudamento interfui [et ... de ma]ndato suprascriptorum plebanorum descripsi.

Originale: M. 178.

1640.

Lucca, 16 Agosto 1191.

A. mcxci, xvii kal. sept., ind. ix. Nos Rustichellus qd. Gilii de Paganico et Proficata uxor eius et filia Arighetti Cultrettini, mihi Proficate consentiente viro meo, interveniente michi notitia Glandonis iudicis regis Henrigi, a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis domno Alberto abbati et rectori eccl. et mon. atque abbacie S. Petri de Pottheule et ad hopus eccl. et mon. atque abbacie, unam nostram petiam de terra, q. est ortus, cum capanna et arboribus posita in villa de Paganico; que tenet: unum capud cum semitola super se in terra filiorum qd. Perfecti Benecti de Plotthano, quam laborat Martinus Cristophani, alterum cum uno latere in terra et media fossa filii qd. Guidonis Petri Ruberti et nepotis, alterum latus in terra Inghifredi qd. Bernardini et Rolandi[ni] Ioseppi. Suprascriptam petiam una cum omni iure et actione et dominio seu proprietate, nobis pertinente, vobis vendimus et tradimus, cedimus atque mandamus; ita tamen quod nos nostrique heredes predictam terram habere et tenere debeamus, ad reddendum inde annuatim eccl. et abbacie per totum mensem aug. star. i de bono grano mundo et bene sicco, tractum et paratum ad eccl. et abbatiam, pro suprascripta compera, et star. ii in alia parte similiter de grano, pro iudicio a nobis facto prefate vestre eccl., ut in cartula Bamdini not. continetur, secundum quod nos iugales Glandoni iudici et not. retulimus et confessi fuimus. Pro qua venditione, in veritate et non spe future numerationis recepimus pretium sol. xxxiv den. Luc. monete. Pena dupli

sub pena libr. iv den. Luc. monete et consulum et treguanorum presentium et futurorum vel alterius potestatis, que Luce pro tempore fuerit. Insuper suprascripti iugales per stipulationem promiserunt et convenerunt Foresi qd. Guicciardi Catolli advocato abbacie, pro eccl. et mon. atque abbacia recipienti, et se suosque heredes observaturos et omnia eorum bona mobilia et immobilia iure pignoris et ypothecarum eidem Foresi obligaverunt, quod si abbacia, vel cui dederint, de predicta terra tota vel parte in litem vel molestiam aud dampnum venerint per rationem vel usum civ., quod a lite et molestia eos liberabunt et dampnum infra xxx proximos dies emendabunt, sub omnibus suprascriptis penis et, pena soluta, nichilominus ipsi iugales eorumque bona minus obligata teneantur. Act. Luce, in domo mea Glandonis. S. m. iugallium, Rustichellus uxori sue consensit, et prefatus Glando iudex ad interrogandum dictam Bertam interfuit, et secundum legem eam diligenter interrogavit; et dicta Proficata renuntiavit omni iuri ypothecarum sibi pertinentem in predicta terra et omni alio iuri, et quicquid ei exinde pertinebat dicto Foresi advocato, pro abatia recipienti, dedit, tradidit, cessit atque mandavit. S. m. Sesmondi qd. Bernardini, Cortafugghe de Paganico qd. Pamfollie et Ranuccii qd. Opi-thelli de Paganico, qui tt. interfuere, manusque imposuere. Glando not. Federigi imp. et eius filii regis Henrigi iudex interfui et Proficatam interrogavi et post traditam complevi.

Originale: Q. 138.

1641.

Lucca, 16 Agosto 1191.

Lis seu controversia, q. vertebatur inter Foresem advocatum eccl. et canonice S. Martini ma[ioris eccl.] Luc. civ. pro ipsa eccl. et canonica, ex una parte, et Grecarellum¹ pro se et patruo suo, [... ex a]ltera parte, talis est: petit advocatus a Greca[rello pro se et] patruo et Iohanne suo g. unam petiam terre in Colognore, que tenet: unum caput in [terra² ...] gg. et patrui eorum, latus unum in terra, quam laborat Baracotus, alterum in terra, quam [... Greca]rellus confitetur habere, set negat reddere. Dicit Foresis quod predicta terra fuit et est S. [Martini; Greca]rellus negat. Dicit Foresis

quod suprascriptus Mencus, q. vendidit eam eis, et sui antiqui tenuerunt [ea]m et recognoverunt pro S. Martino; Gre-carellus negat. Dicit Foresis, quod hec terra fuit de podere, quod Berta regalis dedit suprascripte eccl.; Gre-carellus negat. Uterque confitetur quod Mencus et sui antiqui per LX [annos ...]erunt suprascriptam terram; set Foresis dicit pro S. Martino; quod Gre-carellus negat. Litem, [legiti]me ventilatam, Gualandus iudex et Cenamus qd. Arrigi et Veronensis qd. Aliocti, [Luc.] causarum consules treugvani infra Luc. civ. in eccl. S. Senthii residentes, taliter per sen[tentiam pre²]-misso sacramento calumpnie diffinierunt, facta tamen prius promissione inter se ab utraque par[te, vid]elicet advocatus pro eccl. et canonica et Gregarellus pro se et g. et patruo, quos promisit facere habere et tenere ratum et firmum tenere omni tempore firmum et ratum quicquid treugvani per sententiam inde dicerent, in pena dupli et consulum et treugvanorum Luc., qui treugvani taliter diffinierunt eam per sententiam, Gualando dicente: Ego Gualandus iudex, Luc. causarum consul et treugvanus, litem diligenter inspectam, taliter per sententiam, cum consilio et accordamento suprascriptorum sociorum meorum, diffinio: Gre-carellum pro se et predictis Grego et Iohanne suo g., ut dehinc ad duos menses restituat Foresi suprascriptam terram condempno.² Hec acta sunt in presentia Rolandi iudicis qd. Guamignani et Uberti iudicis et aliorum. A. mcxci, xvii kal. sept., ind. ix. Petrus qd. Gerardini, prenominati Leccamolini, imp. iudex et not.

Originale: D. 174. *Nel verso, da mano del sec. XII-XIII:* In Colognore; nescimus utrum de hac terra aliquis habe[a...(?)].

¹ *Corretto da Gregarellum* ² *L'orig. ha: contempno*

1642.

Lucca, 23 Agosto 1191.

Breve ¹ ad futuram demonstrationem, qualiter in Luc. civ., intus claustrum eccl. et canonice B. Martini, presentia bonorum hominum, quorum nomina inferius scripta inveniuntur, Guido archipresb. predictae eccl. et presb. Tholomeus et Gerardus sacristani et presb. Matheus et magister Giáfari et magister Carone et presb. Albertus et presb

Lambertus atque magister Ungarus diac. et magister Palmarius item diac. et magister Ermannus atque magister Guido et Bolgarinus et Thoccorus et Ubertus subdiaconi canonici suprascripte eccl., consilio et acordamento Forensis advocati qd. Guicciardi Catolli et aliorum ibidem deservientium, liberaverunt et finem et refutationem atque transactionem fecerunt Paulo qd. Martelli et Bigarello qd. Riccii atque Cigulo qd. Petri et Dominico Magniani, recipientibus pro se et universo populo de Massagrosa procuratorio nom. et singulariter pro unaquaque persona de Massagrosa vel si aliqua persona, q. sit aliande, que teneat terram infra descriptas confines; pro quibus personis similiter procuratorio nom. receperunt de omni decima et decimatione de redditu centum star. frumenti et c vini, quem redditum populus de Massagrosa facere promiserunt et convenerunt dare et solvere omni anno canonice, et de quo redditu annuatim faciendo laudatum fuit inter canonicam et populum de Massagrosa, ut in cartula inde scripta manu mei Petri not. continetur, et quem redditum faciebant homines de Massa pro decimatione omnium bonorum suorum et pro terris de culmatis, quas eis canonici concesserunt ad utendum et fruendum, scilicet a Barcicchia usque ad portum, qui d. Aulecci(?) et a fossa, q. d. Brancola Stefanucii usque ad aliam fossam, q. d. navigabilis. Item fecerunt eis finem et refutationem et perdonationem atque transactionem et pactum de non petendo de toto quod predicti canonici possint requirere pro deterioratione monete Luc. pro eo quod hucusque debitam vel consuetam pensionem ad presentem monetam solverunt. Ad hec predicti canonici predictis hominibus, recipientibus pro se et populo de Massa, per sollempnem stipulationem convenerunt et promiserunt quod nec ipsi nec eorum successores non molestabunt predictos homines neque litigabunt eos nec eorum heredes de predicto redditu c star. frumenti neque de c vini neque de aliqua decima, excepta antiqua, quam possunt exigere ab illis qui debent, neque de aliqua predictorum vel eius nomine facient aliquam exactionem ab eis vel ab eorum heredibus per se vel per alium aliquam submissam personam et quod permictent eos vel eorum heredes habere et tenere et laborare et frui predictas terras de culmatis ita quod nullam

novam exactionem neque affictum neque pensionem neque terraticum inde exigent vel facient vel facere facient, salvo iure proprietatis predictarum terrarum sepedicte canonice. Item convenerunt et promiserunt, sollempni stipulatione interposita, quod nec ipsi vel eorum successores petent neque exigent aliquam pensionem a predictis hominibus vel eorum heredibus nisi ad presentem monetam, que modo per Luc. civ., publice currit vel pro tempore cucurrerit vel fabricatur, ita quod semper pensionem secundum constitutionem et consuetudinem Luc. populi solvere debeant; pro qua fine et refutatione et liberatione et promissione et pacto et conventu predicti homines pro se et populo dederunt et solverunt canonicis libr. cc den. Luc., quas cc libr. canonici promiserunt predictis hominibus dare in terram ad opus canonice cuius fructus debet habere canonica pro restauro et compensatione predicti vini et frumenti et predicte terre de culmatis, salvo canonicis iure proprietatis predictarum terrarum de culmatis et salvo iure utrique parti in aliis rebus predicto modo. Suprascripta omnia canonici et prefati Paulus et Bigarellus et Cigolinus atque Dominicus laici ad invicem, sollempni stipulatione hinc inde interposita, se et successores et heredes obligaverunt, ad penam imp. eiusque mi(s)orum, consulum quoque treuguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Lucam dstringeret, ac cc marcarum arg., tenere et observare et facere atque complere integre. Hec omnia facta sunt ex laudamento mei Petri not. et iudicis. Hec quidem acta sunt presentia presb. Beni eccl. S. Domnini, magistri Guidonis opere prefate eccl. S. Martini, Bonfilii pistoris qd. Signorecti. A. Dominice nativitatis m. c. nonagesimo primo, x kal. sept., ind. nona. Supradicti homines ibi fuere. Leo iudex et not. imp., vice et mandato Petri iudicis et not. imp., predicta scripsi, sicut in eius sceda inveni, hec in publicis lictoris ad memoriam redegit, quamvis de ipso rogito iam alia carta sumta fuit, quam ego vidi, set in ea non continetur quod laudamento suprascripti Petri iudicis et not. predicta facta fuere.²

Ms. dell'archivio Capit. : LL. 6, c. 60 v.

¹ *Nel margine:* Exemplum carte de Massagrosa. ² *È copia dell'anno 1228-1229 di:* (Ciabattus iudex et not.).

1643.

Lucca, prima del Settembre 1191.

A. MCXCI, ind. IX. Ego Paganellus qd. Rambotti per hanc cartulam vendo et trado tibi Guiduccio qd. Lupicini de Palmatula omnes terras cultas et incultas atque agrestes et res, quas tu, vel alius pro te, habes et detines aut tui antiqui habuerunt et detinuerunt, vel alius pro eis, in l. et fin. Palmatula vel in alio aliquo l. vel locis, de illa emptione, quam feci a Guidiccione, Tancreduccio et Tegrimo gg. ff. qd. Pagani¹ et a Guidone de Molleone qd. Viviani Face-rose et a Mattilda matre dictorum Tancreduccii et Tegrimi et Adalasia uxore suprascripti Guidiccionis, ut continetur in cartula scripta manu Bartholomei Blanci iudicis et not., de quibus omnibus solitus eras reddere annuatim star. IX de musto, ad star. adfectalem et pro quarta parte unam gallinam, similiter pro quarta parte unum star. de piris et quartum unius star. de castaneis viridibus, quartum unius capagneri, capacis medii star., de ficibus viridibus et tantundem uvarum; item pro quarta parte, unam spallam, vel si plura inde consueveras reddere aut debueras, omnia in hac venditione comprehendo et adicio. Has terras una cum omni iure et actione, proprietate et dominio tibi vendo et trado. Confiteor te solvisse suprascriptis venditoribus pro me pretium libr. III et sol. X et in alia parte den. XXII. Quia emptionem procuratorio nom. pro te a suprascriptis venditoribus feci et totum pretium et expensas pro ipsa parte solutas et factas integre solvisti, licet in ipsa cartula Bartholomei non contineatur me pro te procuratorio nom. comperasse, ideoque omnia iura et actiones tam directas quam utiles mihi exinde competentes tibi do, trado, cedo atque mando, quatinus his tuo nom. directo et utiliter exinde agere, causari et ab omni persona et loco defendere libere possis, repromittendo tibi tuisque heredibus de meo dolo et facto in omnibus una cum meis heredibus² sub pena dupli et cō sol. et Luc. potestatis, consulum quoque et treguanorum presentium et futurorum et cuiuscumque potestatis vel persone, que nos locumque nostre habitationis pro tempore distringeret; non tamen quod alias de evictione inde teneamur. Act. Luce, in turri vel domo filiorum qd. Peregrini Berlescie. Prelibatus Paganellus de Ciceana hanc cartulam fieri rogavit. Bonangelus f. Baruchi,

Bonifatius qd. Bornecti et Parisius qd. Guiscardi atque Sighinolfus qd. Dentis tt. interfuerunt. Ughicio imp. not.

Originale: R. 98.

¹ *L'orig. ha:* Gagani ² heredibus è nell'interlineo.

1644.

17 Ottobre 1191.

Folese advocatus eccl. et canonice S. Martini, pro ipsa eccl., ab una parte, et Artuscus advocatus mon. S. Salvatoris de Sexto, pro mon., ab altera parte, simul litigantes, dederunt inter se investitionem sibique mutua vice promiserunt ad penam consulum et treuguanorum Luc. et dupli et etiam Folese canonicam et Artuscus mon. vicissim obligaverunt quod de lite, q. inter eos erat, quicquid Bonaiunta iudex laudaverit, omni tempore firmum et stabile habebunt et tenebunt. Lis talis erat: petebat Folese a predicto Artuscio, ut daret singulis annis duabus personis, q. reducerint pensionem pro canonica ad mon., panem et vinum et carnes in duabus guisis seu modis honorifice. Artuscus negabat. Litem Bonaiunta sic diffinivit, videlicet laudavit, ut Artuscus pro mon. de cetero tribuat manducare duabus personis, q. reducerint pensionem et hoc faciat, dando panem et vinum et de illo manducare, quod in ipsa die erit in mon., convenienter et de duabus menestris tantum, et si carnes erunt cotte in ipsa die cum pensionem red[uxerint], quod ipsis missis debeat monasterium inde dare, dum tamen computen[tur?... du]abus menestris; verumtamen ipsi de monasterio studiose pro [...] preparare carnes. Hec acta sunt coram Lupardo et benenat[o atque ...]to Maitade. (A.) MXXCI, XVI kal. nov., ind. x. Bonaiunta iudex et not. imp. interfui et hec scripsi.

Originale: D. 203; *Regestum A*, c. 50 v. *Il Reg. A:* Sententia inter S. Martinum et eccl. de Sexto, de commestione, quam debet dare ecclesia de Sexto nuntio nostro, deferenti pensionem predicto mon. de Sexto, scilicet de duobus ferculis carnis, si ibi sunt, vel de aliis duobus ferculis, que monachi illa die habent. Et nota, quod ex consuetudine damus eis modo unam libr. piperis et XII den. demonstramus eis, set non damus.

1645.

2 Novembre 1191.

“ Pingnorus condam Martini reddere tenetur annuatim Luc. capitulo sol. x nomine libelli de terris, q. sunt in Arsina, quas tenere consuevit Lietora de Arsina. Manu Guillelmi not. (A.) MC^oLXXXI, III^o non. novenbris „.

Regestum B, c. 57 v.

1646.

Lucca, 8 Dicembre 1191.

Magister Palmarius Luc. eccl. can. et camerarius pro suprascripta canonica et presb. Matheus eiusdem eccl. canonicus pro se pro equali portione investierunt Cigum de ponte Verciani de una petia de terra suprascripte canonice et iamdicti presb. Mathei, que est in capite pontis; quatinus ipse Cigo et sui heredes habeant et detineant eam ad lab. et ad meliorandum dehinc ad xx annos et ad reddendum ex ea annuatim per totum mensem aug. star. XVI grani et in mense sept. ¹ star. XXIV milii, omnem blavam bonam et siccam et convenienter mundam et ad star. Luc. venditorium ruggiantem, tractam et paratam ad canonicam, dando uni persone panem et vinum, que blavam adduxerit; et magister Palmarius pro se et canonica et presb. Matheus pro se et suis heredibus convenerunt et promiserunt Cigo ad penam x libr. Luc. den. et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si qua pro tempore Luce prefuerit, non tollere ei suprascriptam terram nec amplius superinponere infra suprascriptum terminum, et Cigus sub eisdem penis convenit et promisit, quod ipse nec sui heredes dimittent eam, neque deteriorabunt, et quod reddent redditum; que tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, latus unum in terra filiorum qd. Fini ² et Betti. In presentia: Leoli qd. Viviani, Benenati qd. Bonfilii Anno, Saracini qd. Bernardini. A. MCXCI, VI id. dec., ind. x. Act. Luce, in suprascripta canonica. Guilielmus not. imp. interfui et, rogatu utriusque partis, hec im publicam scripturam redegi.

Originale: O. 178; Regestum A, c. 29 v.

¹ Le parole in mense sept. sono nell'interlineo. ² Il Reg. A: Fuccl ³ Il Reg. A aggiunge ciò che si ha nelle note al reg. n. 1405.

1647.

1191.

“ Tenimentum datum a canonicis S. Martini Florentino qd. Iohannis et Casanove qd. Ugolini de Cerasumma de una petia terre in Casale, in confinibus S. Angeli in Campo; de qua ipse prius reddebat 11 den.; de qua in perpetuum debent reddere 1 star. grani; que tenet: caput in via publica, alterum * *, latus in terra, quam tenet Ugolinus qd. Conecti a S. Martino, ¹ alterum in terra Giolli. A. Domini MCXCI „.

Regestum A, c. 36.

¹ *Il ms. aggiunge nell'interlineo: pro den. vi; iusta hanc terram est terra, unde reddebat Guerro den. x; pro quo Scattarinus; pro quo Siribonus.*

1648.

1191.

“ Tenuta S. Martini super predictum Blancum ¹ et Bertam uxorem predicti Fridiani ² et Domnanam uxorem Accursi super predictis terris, quas detinebant a nobis pro VIII star. grani. A. MCXCI „.

Regestum A, c. 35 v.

¹ *Cf. il reg. n. 1683, cui si riferisco.* ² *Cf. il reg. n. 1750, cui si riferisce.*

1649.

(Pescia Minore ? Lucca), 8 Febbraio 1192.

A. MCXCII, VI id. febr., ind. x. Nos Gratianus qd. Bennetti et Lucera uxor eius et filia qd. Grilli, michi Lucere consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Aldrici iudicis imp., a quo interrogata sum ¹ secundum edicti paginam, per hanc cartulam damus et tradimus in permutationem tibi; Alberto abbati mon. S. Petri de Potheole, ad partem et utilitatem mon., petiam unam de terra nostra, q. est in l. u. d. ad Terme, prope molendina mon., que est tertia pars cul- tre et tertia pars medii quarterii, sicut signa et termini sunt ibi positi; que tenet: unum caput cum uno latere in via publica, alterum caput cum alio latere in terra nostra, quam nobis reservamus. Recepimus in permutationem petiam unam de terra, q. est in l. u. d. ad Vaccareciam a te abbate pro mon., que est cultra ² una et plus; que tenet: unum caput

in³ * *, latus unum in terra eccl. S. Laurentii, alterum in terra mon. S. Martini in Colle. Pena dupli et insuper arg. libr. iv; et nos obligamus sub pena potestatis, que nobis pro tempore dominabitur. Act. in l. u. d. ad Scurciabocconem, prope domum Stefani qd. Olivoli. Predicti iugales hanc cartulam fieri rogaverunt, Gratianus uxori sue consensit. Stefanus qd. Olivoli et Spinellus qd. Arigetti et Mangettus qd. Obertelli et Iunta qd. Gualfreducii et Bene qd. Ricii tt. interfuerunt. Aldricus iudex ac not. imp.

Originale: F. 80. *Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV:* In orto a Terme, tertia pars cultre et scalae v.

¹ sum è su rasura. ² Le parole que est cultra sono su rasura.

³ Il passo da que a in fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.

1650. *Presso Pescia Minore (Lucca), 8 Febbraio 1192.*

Breve ad memoriam habendam, [qualiter ...] bonorum hominum presentia quorum nomina inferius scripta sun[t Bernardinus et Rusti]chellus gg. qd. Guerri et Crusca uxor Rustichell[i ... con]sentiente uxori sue, ubi interfuit notitia Aldrici iudicis [a quo] secundum legem interrogata fuit, per fustem, quem in eorum tenebant manibus, fecerunt [... fi]nem atque transactionem in manum domni Alberti abbatis [eccl. et mon. S. Pe]tri de l. Potheole, recipientis ad partem mon., [de omnibus casis] et casinis seu casalinis, terris cultis et incultis, donicatis et massaritiis, quas habebant et tenebant a mon.; de quibus soliti erant reddere omni anno predicto mon. star. xxxii de puro milio sicco et totidem de grano, ad iustum star. Luc. Insuper predicti gg. et Crusca promiserunt et convenerunt abbati et obligaverunt se suosque heredes et eorum bona sub pena mille sol. Luc. et sub pena Luc. consulum et treguanorum vel potestatis, que Luc. civ. pro tempore prefuerit, vel cuiuscumque potestatis (que) eis pro tempore dominabitur, quod non facient aliquam litem vel molestiam de suprascriptis rebus in toto vel in parte. Post hec predicti gg. iuraverunt, tactis sacrosanctis evangeliiis, quod non facient aliquam litem vel molestiam aut requisitionem de suprascriptis rebus nec de aliquibus rebus mon. Acta sunt hec prope Pisciam Minorem, ad molendina predicti mon.

Presentia: Stefani qd. Olivoli et Mangetti qd. Obertelli et Foresi qd. Guiciardi et Benintende qd. Martini. A. MCXCII, VI id. febr., ind. x. Aldricus iudex ac not. imp.

Originale: R. 222. Nel verso, da mano dello stesso Aldricus: De refutatione Bernardini et Rustichelli.

1651.

Lucca, 4 Aprile 1192.

Breve memorie, qualiter hoc actum est infra Luc. civ., prope eccl. S. Quirici in Pellaria, in domo Pieri qd. Pagani, presentia bonorum virorum quorum nomina inferius apparebunt descripta, Caro presb. et can. eccl. S. Martini ac Socolus iurisperitus eiusdem eccl. subdiac. et can. professi fuerunt Matheum presb. et can. eiusdem eccl., cum captus esset ex inmensa egritudine et ab eis esset interrogatus quomodo sua vellet constituere bona, tunc in presentia Guidonis eiusdem eccl. archipresb. et Uberti subdiac. et aliorum ipse Matheus dedit eis potestatem disponendi bona sua pro anima eius et constituendi ea pro eis melius visum fuerit et nominatim de terra sua de Verciano disponendi et ordinandi et viva voce dixit, ut pluvialem et collectarium eius canonica S. Martini haberet. Hec dicta sunt ab eis, presente Bonefatio presb. S. Quirici et Corso de Cantingnano fratre eiusdem Mathei et Bonacurso nepote eius qd. Balurdi et Bonfilio iudice et not. et etiam ipse Matheus, cum non bene loqui posset, et in presentia suprascriptorum interrogatus esset a iamdicto Bonfilio, si talem eis dedisset potestatem, dixit: Sic. A. MCXCII, prid. non. apr., ind. x. Bennolinus imp. not.

Originale: O. 175. Nel verso, di mano dello stesso Bennolinus: Iudicium, quod fecit Matheus canonicus S. Martini. Cf. il reg. n. 1668.

1652.

Chiesa di S. Sensio (Lucca), 17 Aprile 1192.

Causa seu lis, q. vertebatur inter Foresem advocatum eccl. et canonicę S. Martini matricis eccl. Luc. civ. pro ipsa eccl. et canonica, ex una parte, et Antelminellum qd. Antelmini pro se et Rogerio et Maurino gg. qd. Malagonelle, ex alia parte, litigantem, delata est coram Cecio causidico et Alfano qd. Rubertini et Bernardino Macacciari Luc. causarum consulibus treuguanis per sententiam diffinienda, data inter se

investitione ad penam dupli et consulum et treuguanorum Luc. tenere firmum omni tempore quicquid treuguanum de lite dicerent. Quę talis erat: petebat Foresis ut non inbriget prefatam eccl. et canonicos habere regimen et administrationem et omnem possessionem vel quasi de hospitali S. Martini et S. Allexandri et de omnibus eius bonis, set permittat habere et tenere et amministrare quiete. Eadem petitionem facit de ipsa eccl. S. Allexandri et de eius bonis, et nominatim ut possint canonici eligere rectorem et in eccl. et in hospitali et instituere ibi et nominatim conversos ibi ponere. Et petit ut extrahant arcas, quas habent in domo predictę eccl. et suprascripti hospitalis, et nullam inferant iniuriam neque oppressionem in predictis locis neque in personis neque in eorum bonis, dicens non esse ius Antelminello et consortibus supradicta facere vel aliquam inquietationem facere pro eo quod suprascripta loca sunt in dominio vel quasi et possessione vel quasi eccl. S. Martini et per ipsam eccl. et canonicam suprascripta loca fuisse detenta et administrata. Item petit ab ipso Antelminello pro se, ut auferat totum edificium proferuli, quod edificavit iuxta murum civ. vel supra murum civ. vel in muro civ. iuxta eccl. S. Allexandri et hospitale ex parte suprascriptę eccl. quantum comprehendit usque ad medium porte. Item petit ab eo pro se, ut claudat hostium, quod est in edificio, quod factum est post turrim, et fenestras similiter claudat posteriores vel faciat retes de ferro ita quod nulla persona valeat inde exire; quę turris est iuxta furnum S. Martini. Item petit ut auferat cohoptatam totam suprascriptę turris in quantum est supra furnum. Antelminellus recusat facere causam de eo, quod ille petit ab eo, quod non faciat iniuriam vel oppressionem in predictis locis, neque in personis, neque in eorum bonis. Item de hostio et fenestris recusat facere causam. Omnia alia negat et opponit, quod predicta non petit voluntate vel assensu capituli S. Martini. Et e converso pro se et predictis petit ab eo pro suprascripta eccl. ut non inbriget sibi et predictis personis habere et tenere et possidere vel quasi ius patronatus et facere et providere et consulere hospitali et eius bonis ea quę debent facere et in quibus debent providere et consulere patroni loco, in quo habent ius patronatus, et de predictis esse in possessione

vel quasi. Foresis negat. Modo dicit Antelminellus, quod vult facere causam de fenestris. Dicit Foresis quod eccl. S. Martini et canonaci collocaverunt in hospitali et in eccl. S. Alexandri presb. Buosum, presb. Carlum, presb. Accursum, presb. Iohannem, Glandolfum, Guilielmum cum uxore, Beffardum, Albertinum, Baroncellum cum uxore sua, Bismam, Lupinam, Boffonem, Contem, Filipellum, Bornectum de Marlia cum uxore sua, Bornectum de Sceto cum uxore sua, Tedescum, Ugolinum, alterum Ugolinum, Martinum cum uxore sua, Rubeum, Rapam, Arloctum cum uxore sua, Porcaiam, Bonfilium, presb. Berardum et presb. Arrigum, nec tunc Antelminellus vel aliquis de suis consortibus interfuit alicui (e)lectioni vel collocationi alicuius predictorum hominum. Antelminellus negat quia dicit, quod interfuerunt illi de domo sua et canonaci. Idem dicit de presb. Arrigo et de presb. Carlo; de presb. vero Accurso et de presb. Iohanne et de presb. Buoso dicit quod non interfuit et confitetur quod canonaci interfuerunt omnibus illis presb., quibus ipse non interfuit et de Glandulfo cl. dicit quod non interfuit, set tamen canonaci interfuerunt. Dicit Foresis quod iam sunt L anni quod canonaci tamquam patroni miserunt in hospitali et eccl. omnes rectores et sacerdotes. Antelminellus confitetur de xxv annis et non plus. Dicit Foresis quod canonaci fuerunt et sunt in possessione vel quasi hospitalis et eccl. de regimine et amministrazione et electione et institutione clericorum et presbiterorum et conversorum et prelatorum et de omnibus faciendis, que patroni facere debent et possunt in l., in quo habent ius patronatus. Antelminellus negat totum. Dicit Foresis quod terrenum, ubi hospitale et canonica et eccl. S. Alexandri est edificata et ubi est curia et puteus, fuit eccl. S. Martini. Antelminellus negat totum. Dicit Foresis quod iam sunt LX anni et plus quod prelati et sacerdotes et amministratoros hospitalis et eccl. S. Alexandri tenuerunt et recognoverunt canonicos per patronos et prelati et sacerdotes hospitalis et eccl. S. Alexandri fuerunt electi et instituti a canonacis. Antelminellus negat; excepto quod confitetur a xxv annis hucusque interfuerunt, set non sicut patroni, vel si interfuerunt aliquando, non sicut patroni nec sine Antelminello vel consortibus. Dicit Foresis quod iam sunt L anni quod

nec Antelminellus vel aliquis de eius consortibus elegit aliquem prelatum in hospitali vel eius eccl. Antelminellus negat. Dicit Foresis quod Antelminellus ivit ad eccl. S. Martini et dixit canonacis: Rogo vos tamquam patronos et dominos ut eligatis presb. et rectorem in hospitali et eccl. et non permittatis destruere hospitale, quia ad vos pertinet. Antelminellus negat. Confitetur tamen quod ivit ad eos et dixit: Vos dicitis vos esse patronos, set estis patringni, quare dimittitis destruere eccl. et locum illum illi pravo homini? et hec dicebat eis tamquam canonacis habentibus iurisdictionem in presb. Accurso et non tamquam patronis. Dicit Foresis quod a xxv annis hucusque omnes amministratoros et prelati, q. fuerunt in suprascriptis locis, receperunt claves et investitionem rerum temporalium ab archipresb. S. Martini et eius capitulo et iste, q. modo est, recepit ab eis et fecit sacramentum et reddidit eis rationem, et presb. Accursus nominatim fecit hoc sacramentum et reddebat eis rationem. Antelminellus omnia confitetur, set dicit quod filius abstulit presb. Accurso postea claves et expulit eum de domo. Dicit Foresis quod Antelminellus fuit confessus quod canonaci erant patroni cum eo. Antelminellus negat, set de se confitetur. Dicit Antelminellus quod amministrationem et regimen quod receperat presb. Accursus, presb. Accursus tunc fuit confessus: Recipio eam ad honorem Dei et hospitalis et s. Martini et patronorum et nominatim dicti Antelminelli, ut continetur in cartula scripta manu Ranerii not. Foresis confitetur verba cartule, set dicit quod iam steterat ibi per annum ut dominus et amministrator, et negat verba esse vera, set intuitu amoris Antelminelli dixit hoc. Dicit Foresis quod canonaci sunt patroni eccl. et hospitalis soli et in totum. Antelminellus negat totum. Dicit Antelminellus quod Ranerius presb. Stephanus fuit de suo patrimonio. Foresis R.¹ Dicit Antelminellus quod, videntibus canonacis et non contradicentibus, incepit ponere ligna et facere proferulum et parabola Alcherii et Guidi Paganelli tunc Luc. potestatum et parabola presb. Accursi et licentia regis Enrigi. Foresis negat. Confitetur tamen quod parabola Alcherii fecit et licentia regis Enrigi, set de Guidone Paganelli negat et confitetur quod lignamen fuit ibi positum nescientibus treuguanis; uterque confitetur quod imperator dedit consulibus

et communi Luc. totam suam rationem, quam ipse habebat circa Luc. civ. per sex miliaria. Hec et alia quę in allegatione devenerunt. Litem, legitime ventilatam, prestito sacramento calumpnie duplici ab utraque parte, treugvani, in eccl. S. Senthii residentes, per sententiam diffinierunt, Cecio caudico dicente: In nom. Domini, amen. Ego Cecius, litis cognitor et Luc. causarum consul et treugvanus, cum consilio et accordamento suprascriptorum sociorum meorum, visis allegationibus et petitionibus, et testibus utriusque partis diligenter inspectis et examinatis, sic eam diffinio: Antelminellum pro se et gg. ut non inbriget eccl. S. Martini et canonicos habere regimen et administrationem et omnem omnino possessionem vel quasi de hospitali S. Martini et S. Allexandri et de eccl. S. Allexandri et de omnibus eorum bonis, set permittat canonicos habere et tenere et administrare quiete et nominatim ut possint canonaci eligere rectorem et in eccl. et in hospitali et instituere et conversos ibi ponere, et hec quantum ad possessionem vel quasi spectant, salva cuilibet questione proprietatis. Item Antelminellum pro se, ut dehinc ad quattuor proximos menses auferat cohoptam turre in quantum est super domum S. Martini, ubi est furnus. Item Antelminellum pro se et suprascriptis ut extrahant arcas, quas habent in domo eccl. et hospitalis condempno; et ab omnibus aliis petitionibus utramque partem et nominatim Antelminellum a petitione fenestrarum, quę modo sunt ibi, absolvo. De hostiis inferioribus et fenestris, si quę ibi fierent, cum modo non sint ibi, nichil dicimus quia, de his causa non fuit. Hęc acta sunt in presentia Urbiciani iudicis et Guidocti Guamignani et Pecore Leoli et Duodi et in presentia suprascriptorum Rogerii et Maurini. A. MCXCII, xv kal. madii, ind. x. Petrus qd. Gerardini, prenominati Leccamolini, imp. iudex et not.

Originale: M. 164; altro originale: P. 97.

¹ r(espondet)?

1653.

19 Luglio 1192.

“Aldimari de Potho qd. Alberti et Sardus eius f. venderunt (Luc.) capitulo ius et melioramentum duarum petiarum terre, q. sunt in confinibus Capannule u. d. Cavaliana,

quas detinet Guido Mondini ad reddendum star. III et dimidium grani, quam redditam facere tenetur predicto capitulo. Item Crivellus qd. Caronii reddit dicto capitulo star. duo grani de una petia terre, ¹ q. est in dicto l. Item Monachus reddit dicto capitulo star. duo grani de quadam alia petia terre. Item Ranuccinus reddere tenetur dicto capitulo annuatim star. unum grani et unum milii; quas terras et quos redditus et ius et melioramentum ipsarum dictus Aldimari vendidit dicto capitulo; ut continetur manu Guillelmi not. (A.) MC nonagesimo secundo, XIII kal. aug. „.

Regestum B, c. 10 v.

¹ *Il ms. ha: terra*

1654.

Lucca, 22 Luglio 1192.

Memoria recordationis, qualiter infra Luc. civ., intus eccl. S. Martini Luc. episcopatus, Caro et Lambertus presbiteri et Thoccolus atque Ubertus subdiaconi et sacriste eccl. et canonicæ S. Martini, cum consilio et accordamento totius capituli, scilicet domini Guidonis archipresb. et magistri Hermanni subdiac. et Giaffari et Tolomei et Alberti presbiterorum atque Gerardi et magistri Ungari et magistri Palmarii diaconorum et Bulgarini subdiac. et magistri Guidonis, ad honorem Dei et eccl. B. Martini matricis eccl. Luc. episcopatus, promiserunt et convenerunt Beni et Ugoni atque Florentino presbiteris eccl. S. Iacobi et S. Cristofori de Arcu, atque Berullo et Sanoccio et Martino speciali et Ubaldo Guillelmi consulibus et operariis predicte eccl., ad honorem Dei et b. Iacobi et s. Cristofori recipientibus, quod ipsi de cetero et eorum successores omnes omni anno in vigilia b. Iacobi et s. Cristofori venient in maioribus Vesperis ad prefatam eccl. ad divina officia celebranda et in mane predicte festivitatis s. Iacobi et s. Cristofori solenniter venient per publicam stratam, per quam vadunt ad eccl. S. Fridiani in die s. Fridiani, cum processione ad predictam [e]ccl. S. Iacobi et S. Cristofori, sicut vadunt ad parochianas eccl., ad celebrandam in eadem eccl. Missam maiorem cum presbitero et diacono atque subdiacono, qui sint canonaci dicte matricis eccl. Preterea in eodem mane veniet

unus sacerdos can. cum alio canonico uno vel pluribus ad celebrandam matutinalem Missam, scilicet primam Missam illius diei et ad faciendam predicationem populo; ita tamen, si canonacis placuerit in illo summo mane illuc ire et Missam celebrare et predicationem facere, pro eorum arbitrio et voluntate de illa prima Missa, secundum quod hucusque facere consueverunt. Prefati presbiteri eccl. S. Iacobi et S. Cristofori et prefati consules seu operarii predictae vicinie, pro se ipsis et pro predicta eccl. et vicinia et pro successoribus, conveniunt et promiserunt canonacis, quod ipsi de cetero omni anno ante predictam festivitatem invitabunt canonicos, ut veniant ad omnia predicta facienda officia et celebranda; ob cuius sancti honoris gratiam, libera et pura et spontanea eorum voluntate, promiserunt et convenerunt canonacis dare eis in die predictae festivitatis statim, maiori Missa celebrata, sol. XII Luc. den., ad voluntatem eorum electoris, scilicet sol. x sacristis predictae eccl. et sol. II camerariis pro illis pullis, quos canonaci recipere consueverant a clericis et presbiteris eccl. S. Iacobi et S. Cristofori pro eo quod canonaci soliti erant venire ad primam Missam celebrandam in die predictae festivitatis; de qua summa dare debent predicti sacerdotes sol. VI et alios VI operarii prefate vicinie. Oblationem vero prime Misse cappellani prefate eccl. debent habere; sed maioris Misse oblationem debent habere canonaci. Acta sunt omnia in eccl. et canonica S. Martini. A. MCXCII, XI kal. aug. ind. x. Presentia: Falabrine qd. Ugolini et Adiuti f. Rusticucci et Rolandini de Brancalo vicinorum predictae capelle et aliorum. Riccardus not. imp. atque iudex.

Due originali: №. 14.

1655.

Genova, 22 Luglio 1192.

Promittit Bonacursus Saginindonna Guidoni Bilissimo se facturum ei vel eius certo misso cartam venditionis in laude sapientis eius ad usum Luce de cultra una et dimidia terre posite in hora S. Vitti in Ischeto pro libr. XXXIII den. Luc. Cultram terre et si illa terra esset plus eadem ratione vel si fuerit minus, similiter dare promittit minus et confiteatur Bonacursus se possessionem ei tradidisse de predicta terra

et confitetur se recepisse ab eo pretium unius cultre et dimidie et quietum se clamat et pagatum et eodem pretio dat et cedit totum fructum qui est vel erit super terra illa et qui fuit a die s. Alexii et ut supra promittit attendere per se suosque heredes, sub pena libr. L stipulata et sub pena consulum et treguanorum Luce in suis bonis; que omnia habita et habenda ei pignori obligat. Act. Ian(ue), in domo Ingonis Longi. A. MCXCII, ind. IX, ¹ die XXII iul. Testes Deus-tefecit de Luca, Salvus qd. Pugneti, Wido de Muro, Rolandus Carobene. Wilielmus Cassinensis not. scripsi.

Originale: E. 3.

¹ *L'ind. corrisponderebbe, se fosse usato il computo pisano (= 1191).*

1656. *(Ponte S. Pietro, Lucca), 28 Luglio 1192.*

Breve memorie causa descriptum extra Luc. civ., intus eccl. S. Petri de Ponte Marchionis, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius apparebunt descripta, Iohannes rector pontis S. Petri et filius qd. Gerardi et Maria eius uxor et filia qd. item Gerardi, consentiente Marie marito suo, ubi interfuit notitia Urbiciani iudicis imp., [a] quo interrogata fuit secundum edicti paginam, cum consilio et accordamento Rolandi presb. et plebani plebis S. Stefani et] presb. Valenthani viceplebani plebis de Arliano et Martini et Iudei conversorum ipsorum pontis [...] eiusdem domus pontis et Niffi qd. Falconis et Martini qd. Viviani et Henrici f. [...] consulum vicinie eiusdem cappelle et eccl. S. Petri fecerunt finem et refutationem atque [...] onem tam pro se quam pro ipso ponte et domo pontis de eorum podere de Plothano et de [...] Guindolfo et de omni alio eorum podere et bonis et rebus mobilibus et immobilibus, que sunt vel fuerunt ipsius [...] Benedicto qd. Dragoncini recipienti pro se et Mingarda uxore sua et filia ipsius Iohannis [...] de] omni eo, quod ipsi iugales vel aliquis eorum ab ipso Benedicto vel eius uxore requirere vel exigere [v]el [c]ausari possent, et nominatim iamdicta Maria iure dotis vel propter nuptiarum donationem seu morgincaph [...] d]e bonis et super bonis sui mariti et rebus, que sunt vel fuerunt ipsius Iohannis Benedicto, recipien[ti] pro se et uxore sua, dederunt et tradide-

runt, cesserunt atque mandaverunt eosque exinde in rem suam propriam [proc]uratores fecerunt et constituerunt omni eorum actione, ratione eis inde competente seu ponti vel do[m]o pontis et nominatim pro datione, quam Maria de sua ratione fecit ponti et eccl. S. Petri seu do[m]o pontis Benedicto data et tradita et sic per omnia firma [et ra]ta habere et tenere omni tempore convenerunt et promiserunt et se suosque heredes et Iohannes se suosque [su]ccessores obligaverunt sub pena mille sol. et consulum et treuguanorum presentium et futurorum Luc. [v]el alterius potestatis, que Lucam distringeret. Pro quibus Benedictus pro se et uxore sua, predicta fecit eisdem [fi?]nem et refutationem atque transactionem de indumentis eorum et lecto et rebus mobilibus, quas ipsi [ha]bent in ponte et de omni eo, quod ab eis vel ab aliquo eorum tam pro se quam pro ponte requirere vel causari seu exigere possent et nominatim Benedictus in computatione illius summe quam Iohannes et Maria promiserunt dare ponti, remisit illas novem libr. et sol. octo den. cum eorum usuris, quos ipse prestaverat suprascripto plebano et plebano plebis S. Macarii et suprascripto presb. Valenthano pro facto pontis, et qui fuerunt expensi in opera pontis, ut manu qd. Ughicionis not. publice scriptum continetur, et inde se pagatum clamavit et ab [omni] debito predictos plebanos et presbiterum liberavit; in eadem summe computatione rema[...] et ponti vel domo pontis blavam quam recollectam habet Iohannes de suprascripta terra de Guindolfo, que [f]uit star. x fabarum et v et medium de grano et xviii milii et xv panici [et?] illam quam tenitor solvere debebat, que fuit x star. fabarum et ii grani et ii faseolorum et xvii panici; et remisit idem Benedictus sol. xxx, quos sibi Iohannes debebat de vino et sol. vii de quodam mantello et sol. x de quodam basto que sibi dederat post ingressum pontis, et addidit sibi sol. LX, qui debent solvi in debitis pontis, et sic per omnia Benedictus firmum et ratum habere et tenere et facere et suam uxorem firma et rata tenere omni tempore convenit et promisit et se suosque heredes obligavit, sub omnibus suprascriptis penis. Hec omnia facta sunt ex laudamento suprascriptorum Rolandi presb. et plebani et presb. Valenthani et Urbiciani iudicis, in quibus ambe partes compromiserant, ut manu Mer-

cati not. publice scriptum continetur. Hęc acta sunt in presentia: Guidocti qd. Novare et Guerrisii qd. Pancaldi et Bentivengne conversi eiusdem pontis, qui manum imposuerunt. A. MCXCII, v kal. aug., ind. x. Supradicti homines ibi fuere. Ardicio iudex et not imp.

Originale: M. 55.

1657. *Pescia Maggiore (Lucca), 14 Agosto 1192.*

Brevis notitia pro futuri temporis memoria, qualiter acta sunt bonorum hominum presentia, quorum nomina inferius continentur, Brancaleone qd. Trasmondini iure locationis in perpetuum tenimentum dedit et tradidit Dato qd. Bolgarelli medietatem pro indiviso totius teneris sive poderis, quod fuit qd. Bardulii avi Dati, unde solitus erat prius ipse et eius antiqui reddere et facere alios redditus et usus, quatenus ipse Datus et eius heredes et proheredes deinceps in antea omni anno dent et persolvant Brancaleoni et eius heredibus et proheredibus sol. xi et den. ix den. Luc. pro tempore publice currentium, medietatem in Assumptione s. Marie et medietatem per totum mensem ian., observando pacta et conventiones que continentur in cartula Alberti not.; dum tamen ipsa cartula per medium sit cassata. Insuper Brancaleone convenit et promisit Dato quod medietatem poderis nullo tempore umquam minuent aut molestabunt set auctorizabunt [et] defendent ab omni homine et Datus convenit et promisit Brancaleoni dare et solvere pensionem et eo anno quo pensio retenta foret, duplicare ipsam; et sic uterque ad se invicem per sollempnem stipulationem interpositam se et suos heredes et proheredes obligaverunt sub pena dupli et sub pena potestatis et x libr. omnia supradicta adimplere. Acta sunt hęc Piscie Maiori, ad plebem, in domo predicti Brancaleonis. Presentia: Ricci qd. Tricchi, Beneventi qd. Tarducci, Ardimanni qd. Benthii. A. MCXCII, xviii kal. sept., ind. x. Paltonerius imp. iudex et not.

Originale: N. 41.

1658.

18 Agosto 1192.

Pateat ex huius publici instrumenti descriptione, quod Vicorus de Vico Superiori qd. Stefanuccii f., infirmitate corporis gravatus, sana tamen mente, recte loquens, dixit et voluit, ordinavit, disposuit atque iudicavit pro anime sue suorumque parentum et mortuorum domus sue remedio inrevocabiliter eccl. mon. S. Petri de Pottheoli tria star. grani annuatim in sempiternum in mense aug. et predicta star. reddi et persolvi debeant de una petia terre ipsi Vicoro pertinente, que est campus cum arboribus super se in l. u. d. ad Trebbium de Piscin[a?]; que petia tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, alterum in terra eccl. S. Fridiani, [re]liquum latus in terra Rustichelli qd. Anselmini et quam terram supra desingnatam idem Rustiche[l]lus nomine tenimenti habet et detinet ab eodem Vicoro et ab altero Vicoro nepote suo et reddit eis annuatim per totum mensem aug. star. x inter granum et milium. Hoc testamentum et hec ultima dispositio tali pacto et tenore facta est, quod quandocumque aliquis ipsius Vicori egrotantis heres voluerit dare et dederit eccl. et mon. sive rectori mon. libr. vi den Luc., quod possint predicta iii star. grani retinere et ab inde in antea ipsum granum non reddere, et quod rectores mon. teneantur recomperare ad nomen suum suorumque antiquorum terram, unde exeant iii star. grani nom. afficti et ita se suosque heredes obligavit observaturos; quod si quis suorum heredum hoc iudicium corrumpere temptaverit, voluit ut sit compositurus eccl. et mon. libr. xx den. Luc. * * sub pena consul[um] et treuguanorum Luc. et potestatis Luc. Preterea Vicorus eius nepos qd. Aldibrandini f. huic iudicio et ordinamento, cum esset eius consors de predicta terra, consentiens convenit et promisit priori claustrali eccl. et mon. recipient[i] pro eccl. et mon. et se suosque heredes sub omnibus predictis penis obligavit predictum iudicium firmum et ratum habere et tenere omni tempore. Hec acta fuere coram Ugolino Pisano qd. Porcelli et Bonofato de Vi[co?] qd. Roffi, Gratiano qd. Carandi ibidem tunc tt. presentibus. A. MCXCII, xv kal. sept., ind. x. Bonus Vicalensis regis not. ac imperialis aule iudex ordinarius hanc dispositionem et iudicium seu testamentum a Loctario domni Henrici not. rogatum, ut in contractu manu eiusdem Loctarii

scripto continetur, prout in ipso contractu apparet, parabola et mandato atque potestate ab ipso Loctario michi de suis rogitis et contractibus data et concessa, causa memorie, secundum modum et ordinem ipsius contractus in publicam scripturam redegei meoque singno et nom. publice confirmavi.

Originale: X. 101.

1659.

Pescia Maggiore (Lucca), 30 Agosto 1192.

Forese advocatus mon. S. Petri de Putheole pro mon. petit a Rainaldino avvocato S. Martini de Colli ut reimpleat et aptet goram subtus molinum novum a parte septentrionis et sic in altum reducat, ut aqua illa possit fluere et decurrere sicut alia aqua alterius canalis a meridie eiusdem molini novi, ut tota aqua et ista et illa possit fluere et decurrere usque ad locum designatum et deinde ad molina mon. et ut missi mon. et eius molinarii possint sic eam ducere sine contradictione et impedimento monasterii de Colli, dicens hoc opus de novo esse factum et contra interdictum et nuntiationem et ad dampnum mon. S. Petri redire et monasterio de Colli taliter aquam divertere visum esse et sic in possessionem vel quasi de superscriptis ut monasterium de Putheole reducat et restituat petit, salvo iure utriusque mon. vel alterius eorum vel divertenda aqua ad alveum Piscie, cum aqua utriusque canalis molini novi fuerit ad locum, qui distat a molino per xxx brachia vel plus, si quod ius utrique mon. vel uni eorum competit, dicens etiam totam aquam effluxisse usque ad predictum locum et postea ad molina inferiora S. Petri de Putheole per longissima tempora venisse et sic in tali possessione vel quasi et aquam duxisse et alios pro mon. de Putheole in hoc anno et in preterito allegat et predictam petitionem facit respectu possessionis vel quasi et salvo iure servitutis vel quasi utriusque partis, allegaturus et alia de facto et de iure secundum quod expedierit et ponit sibi in dampnum libr. xxv predictam possessionem. Item petit pro dampno sol. LX ab eo tempore quo aquam abstulit vel divertit, quod est menses iv, parum plus vel minus, et nunc a tempore incepte cause petit Foresis sol. XL. Rainaldinus negat omnia et opponit quod non habet ius ducendi aquam,

ut supra petiit. Item petit sol. LX pro dampno, quod habuit mon. S. Martini, quia predictus molinus et alii superiores predicti mon., quia non habuerunt tantum ad molendum, quantum soliti erant habere pro interdictione, quam fecit vel ordinavit per se vel per alium illis q. soliti erant venire ad predictos molendinos causa molendi. Item petit si contingeret illum optinere in sua petitione ut posset ducere aquam usque ad predictum locum, quem dicit quod distat per xxx brachia, parum plus vel minus et per quem locum solita est ire versus S. Victorem ut permittat distribuere et partire suprascriptam aquam ita ut possit derivare pro mon. S. Martini pro medietate versus S. Victorem, ita quod vadat predicta aqua ad molendinos qui sunt ad strada sine contradictione alicuius pro mon. de Putheole et vadat versus Pisciam Minorem. Forese negat de petitione LX sol.; de alia dicit se non debere respondere nisi prius restituatur ei possessio et, eo salvo, respondet et negat se teneri illa petitione et petitionem sub tali conditione non esse recipiendam et quia laborat ille vitio invasionis et ablationis aque et quia non habet molina ex parte S. Victoris monasterium de Colli, cuius gratia debeat aquam ad Pisciam divertere et ideo malitiose petit, nil aliud laturus nisi obsit, et sic eius petitionem recipiendam non esse. Fac(to) s(acramento) c(alumnie) d(uplici) xi kal. iun., uterque petit et negat et allegat ut supra. Confitetur Rainaldinus quod aqua, q. est, currit et venit per goram proximioris superioris molini, cursit hoc anno et in preterito tota usque ad predesignatum locum, ubi aqua dividebatur ita quod partim versus S. Victorem et partim versus stradam currebat; quod Forese negat, nisi quod aliquando diminuebatur de ipsa aqua gratia alterius molini de Putheole, qui est iuxta stradam et dicit quod ita est etiam et cursit predicta aqua a xl annis retro. Rainaldinus confitetur de xxiiii et non plus. Dicit Forese quod aqua, q. divertebatur ad inferiora molina de Putheole et eorum gratia et sic intelligebat ille q. divertebat, quia volebat aliquam partem defraudare sed conservare utrique parti. Rainaldinus confitetur de aqua, q. divertebatur versus Pisciam, divertebatur gratia molini Bernardini de Cafaiio, qui fuit antiquior et superior, dum ibi fuit, postea gratia aliorum molinorum; de alia negat, quia divertebatur gratia molinorum de

Rovagiori, quę erant proximiora et antiquiora aliorum inferiorum et postea divertebatur ad molina de Putheole. Dicit Forese: Iam sunt c anni quod molinum de Putheole fuit in l. ubi modo est et macinavit de predicta aqua, excepta illa, q. derivabatur ad alveum Piscie. Rainaldinus confitetur de xxx annis et non de plus. Dicit Forese quod dampnum mon. de Putheole est sol. XL pro divisione aque facta in his quattuor mensibus et med(ietate). Rainaldinus negat etiam unum den. et negat quod plus potuisset molendinasse et confitetur quod a medio martio fecit opus unde aqua sic distincta est. Dicit Forese quod Merlectus interdixit pro abbatthia de Putheole predictum opus ne fieret ita quod verba dixit et lapidem proiecit et nominavit dominos de Porcari et potestatem de Piscia ut de opere non procederent ut nondum esset gora cavata ex parte septemtrionis. Rainaldinus confitetur quod Merlectus venit ad dominum priorem S. Martini et dixit ei, ex parte dominorum de Porcari, ne faceret id quod esset dampnum abbatię de Putheole et erat ibi tunc prior super viam et postea alia vice venit et iactavit lapidem in aquam, iuxta superiorem molinum. Dicit Forese quod mon. de Colli habet imbrigatas vias, videlicet viam, q. est inter molinum novum et proximiorum, rumpendo illam, immittendo aquam. Dicit Forese quod iam sunt XL anni quod molina de Putheole habuerunt duo paria macinarum et macinaverunt ambobus pariiis. Rainaldinus negat quod macinasset ambobus pariiis nisi inundatione aque, set confitetur quod habet duo paria macinarum ab octo annis. Dicit Rainaldinus quod est via publica desuper molinum plebis S. Ianuarii, qui molinus est inter predictum molinum novum et molinum abbatię de Putheole etiam per quam viam est predictus aqueductus. Forese negat. Dicit Rainaldinus quod predicta aqua, q. exit de subtus veteri molino S. Martini, qui molendus desuper molinum novum antiquitus, scilicet per XL annos et plus steterat ibi brilla, quę solita erat ire per terram S. Martini, iuxta molinum novum pro medietate et predicta aqua operabatur brilla, quę ibi erat, et, destructa brilla, fuit ibi factus molinus et sic aqua, q. exiebat de brilla et de predicto molino decurrebat ad molinum Bernardini de Cafaiio et ad alia molina, quę erant inferiora. Forese confitetur quod brilla et molinus erat ubi est molinus

novus et negat quod aqua derivaretur nisi ut supra dixit et negat quod molinus et brilla fuisset ubi ille dixit et negat quod stetisset ultra xv annos. Dicit Rainaldinus quod tota terra unde derivabatur aqua versus Pisciam et usque ad locum designatum, est S. Martini et erat et pro eo tenetur. Forese negat. Dicit Rainaldinus quod molinus Bernardini fuit antiquior illo molino de Putheole. Forese negat. Dicit Rainaldinus quod tempore quo fuit brilla et molinus, erat alius molinus ex parte meridiei, ad caput molini novi et gora ipsius molini decurrebat ad molina Rovagerorum et non coniungebatur alie gore brille et molini. Forese de molino uno confitetur et brilla, alia negat. De aqua confitetur quod ibat cum alia aqua ut supra dixit. Dicit Rainaldinus quod molina Rovagerorum fuerunt antiquiora molini de Putheole. Forese negat. Dicit Rainaldinus quod molinus Bernardini et alia inferiora habuit et habet ius servitutis ducende aque per predictam goram S. Martini de predicto rio, inter que est ille de Putheole. Forese de Bernardino negat et negat alia molina ibi esse, set de illo de Putheole confitetur habere servitutum. Dicit Rainaldinus quod in predicto l., unde aqua derivabatur versus Pisciam, mon. S. Martini dividebat illam aquam suo velle, dando partem utrique, secundum quod melius videbatur et mittebat illam tamquam per suam terram et faciebat purgare goram et hoc iam sunt xxiiii anni. Forese negat; confitetur tamen quod ipse purgavit goras set non pro suis. Litem, legitime ventilatam et testibus hinc inde diligenter examinatis, ego Ubertus in initio litis pro domino Hermanno Cat(olli) ? et nunc pro domino Conrado marchione, cui per aureum siggillum hec est concessa provincia, ut in eius privilegio continetur, in Valle Nevolę et Ariani et Piscie curie iudex delegatus, per sententiam sic diffinio: Rainaldum advocatum abbatie de Colli, ut reaptet goras predicti molini, sicut primo et hoc anno fuerant, ita quod tota aqua, q. descendit a superiori molino, fluat et decurrat, sicut currebat et fluebat hoc anno ante predictum opus factum, versus molina de Putheole et alia molina inferiora predicti novi molini dehinc ad xv dies, salvo iure proprietatis vel quasi de dividendo ipsam aquam ad predictum locum, qui est subtus novum molinum, secundum quod antiquitus et olim consuevit dividere, et ut pro dampno ha-

bito post predictum opus solvat predicto Foresi advocato de Putheole, pro ipso mon., sol. xx den. Luc. et sol. xxviii pro expensis curie et executoribus curie factis, condempno, et ab omnibus aliis petitionibus utramque partem absolvo. Acta sunt hec Piscie Maiori, subtus capannam, ante domum Guidonis; presentia: Orlandini qd. Mainecti, Iacopini qd. Pedroncini, Gualandi iudicis, Albertini not. et aliorum plurium. A. mcxcii, iii kal. sept., ind. x. Panthonerius imp. iudex et not. predictis interfui et, iussione prefati Uberti iudicis, ea publice descripsi.

Originale: F. 95; copia del sec. XII-XIII, di Diomeldiede imperialis aule iudex et not.: X. 39. Nel verso dell'originale, da mano del sec. XV: In Veneri, carte 30.

1660. *Pescia Maggiore (Lucca), 26 Settembre 1192.*

Henrigus curie Piscie et Vallis Nebole et Vallis Ariani comes, ex parte sui domini, scilicet Curradi marchionis, et ex sua, dedit atque concessit liberam potestatem atque licentiam ad Foresem avocatum¹ abatie S. Petri de Potheuli, recipienti pro abathia, tollendi viam illam, q. est a latere terre abathie, et per quam veniebant seu ambulabant homines et mulieres a Vennere usque ad molendina abatie et remutandi predictam viam per unam petiam de terra, q. est abatie, quam habuit per diganeum a Gratiano de Terme et qd. Carindoni; que terra tenet: unum caput cum uno latere in terra superscripti Gratiani, aliut caput in terra et gora abatie, alterum latus in terra abatie. Hec omnia rector abatie faciat sine contradictione et impedimento omnium personarum; et qui contra hec fecerit, debeat componere xx marcos arg. nomine pene, medietatem curie de Piscia, aliam abatie. Hec omnia facta sunt in l. Piscia Maiore, in canonica eccl. S. Stefani. Presentia Tancredi vicecomitis et Simionis Luc. f. Guinithi et Ugolini qd. Guidi et Ienoensis et Pelegrini castaldionum superscripte curie. A. mcxcii, vi kal. oct., ind. xi. Deodatus Frederigi imp. not. ac Henrigi Romanorum regis iudex hec, ex precepto comitis, scripsi.

Originale: X. 90. Nel verso, di mano dello stesso Deodatus: Cartula abatie S. Petri de Potheuli; veniret de ac cartula sol. v; e da mano del sec. XV: Veneri.

¹ *Segue predictae cancellato.*

1661.

16 Ottobre 1192.

Causa seu lis, q. vertebatur inter Rugerium advocatum plebis de Vicopelago, pro ipsa plebe, ab una parte, et Luchesem advocatum hospitalis S. Martini et S. Alexandri, ¹ pro ipso hospitali, ab alia parte, litigantem, delata est coram Cecio causidico et Alfano qd. Rubertini Luc. causarum consulibus treuguanis diffinienda per laudamentum, facta promissione ad invicem inter se tenere firmum omni tempore quicquid suprascripti treugvani dicerent, in pena dupli et consulum et treugvanorum. Que talis erat: petebat Rogerius a Luchese ut de cetero non inquietet plebem predictam neque molestat de illo reddito, quem reddit hospitali suprascripto nisi ad star. qui fuit a xxxiii annis vel ad presentem star., minus star. ii, dicens star. esse cresciutum in his xxxiii annis tantum quod colligit ii star. Item ut in ² solutione facienda suprascripto modo et ordine sit contemptus et in plus exactionem non faciat. Item petit pro preteritis xxx annis sol. xl pro blava quam solvit indebite et per errorem, quia solutum habet star. ii per annum plus quam deberet et iam sunt anni iv quod pro plebe fuit inquisitus advocatus hospitalis vel rector eius a treugvanis. Luchese negat omnia et confitetur quod xxx star. ad illum star. sunt minus unum star. ad presentem star., set quantum temporis est quod fuit inquisitus, R. ³ Dicit Luchese quod lx anni sunt quod reddidit sibi afflictum xxx star., ad star. pro tempore currente. Litem, legitime ventilatam, prestito sacramento calumpnie ab utraque parte, taliter suprascripti treugvani per laudamentum diffinierunt: Luchesem pro hospitali condempnaverunt et pro xxx star. sit contemptus in xxix star. ad presentem star. et tantum ipse Rogerius pro plebe solvat ei. Item Luchesem a petitione xl sol. absolverunt et datum solvant per medium. In presentia: Ranuccii Buiamontis et Baldinocti Lacerati. A. mcxcii, xvii kal. nov., ind. xi. Petrus qd. Gerardini, prenominati Leccamolini, imp. iudex et not.

Originale: M. 21. Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV: Procuretur ista carta; poi d'altra mano pure del sec. XIII-XIV: ab (?) archipresbitero et rectore hospitalis S. Martini.

¹ et S. Alexandri è nell'interlineo. ² in è nell'interlineo. ³ r(espundet)?

1662. *Chiesa di S. Sensio (Lucca), 9 Novembre 1192.*

Cecius causidicus et Alphanus qd. Rubertini Rossi atque Bernardinus f. Macacciori Luc. causarum consules et treugvani, in eccl. S. Sentii residentes, bonorum hominum presentia quorum nomina inferius continentur, investierunt Vivianum cl. et advocatum eccl. et plebis S. Pauli, quatinus ipse pro plebe et ipsa plebs per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate esset in tenere et possessione in omnibus bonis pertinentibus Gratiano de S. Paulo pro sol. c, quos ipse advocatus pro plebe ab eodem petebat pro fructibus, quos perceperat Gratianus de terra illa, in qua est in tenere plebs per xxv annos, per cuius advocati fidem cognoverunt superscripti treugvani quod secundum quod ille credebatur Gratianus plebi, ut supradictum est, dare debebat; qui una vice pro tribus inquisitus ad iustitiam faciendam venire contempsit; tali lege atque tenore quod qualicumque die dehinc ad unum proximum annum Gratianus venerit ad iustitiam faciendam plebi, convenienti pignore in manus consulum et treugvanorum, ad eorum voluntatem, dato et redditis prius sol. v pro dato civ. et den. xii pro breve isto et v pro missis, qui omnes pro hac investitione dati sunt, hec possessio et teneris inmissio in eum revertatur, plebe semper deinceps lucrante de fructibus huius investitionis, secundum quod venerit de superscriptis c sol. den. iv per unamquamque libr. omni mense nomine pene pro rata temporis, donec debitum probaverit vel probare parata fuerit, nisi visum fuerit consulibus et treugvanis, quod per eam malitiose stet, et quantum minus exinde habuerit, totum super hac investitione et obligatione permaneat, et semper infra et post annum, priusquam causa inde fiat vel rationem inde habeat, convenienti pignore dato, reddat, cum venerit ad iustitiam ei faciendam, totum quod pro hac investitione datum est, nisi in quantum consules et treugvani cognoverint hanc possessionem et teneris inmissionem fraudulenter fore petitam in totum vel in partem, tunc de eo in quo fraudem admisit, nichil reddi faciant, et penam vel fructus pro pena eo modo perceptam vel perceptos fraudatorem restituere cogant, et post annum plebs sit possessor huius investitionis ad instar pignoris conventionalis et honus probationis ei semper incumbat, quia personaliter agit, et salva

ratione aliarum omnium personarum. Presentia: Aldibrandini iudicis et Panfollie causidici et Fallabrine. v id. nov., ind. XI, a. MCXCII. Accursus not. imp.

Originale: D. 92. Cf. il reg. seguente.

¹ *Segue come sopra.*

1663. *Chiesa di S. Sensio (Lucca), 9 Novembre 1192.*

Cecius causidicus et Alphanus¹ etc. investierunt Vivianum¹ etc. quatinus¹ esset in tenere et possessione in tertia portione pro indiviso de una petia de terra, q. est ortus cum arboribus et casa super se, prope suprascriptam plebem, et tenet hec petia tota: unum caput in via publica, aliud in terra plebis, latus unum in terra Termuccii, aliud in terra Gratiani eius germani; quam tertiam portionem ipse advocatus pro plebe ab ipso Gratiano petebat ut terram plebis; qui¹ inquisitus, venire contempsit; tali lege¹ etc. plebe semper lucrante omnes fructus huius investitionis pro rata temporis et semper infra et post annum¹ etc. reddat, cum venerit ad iustitiam faciendam, totum quod pro hac investitione datum est, nisi in quantum consules cognoverint hanc possessionem et teneris inmissionem fraudulenter fore petitam in totum vel in partem. Et post annum Gratianus honore petitoris gravetur et plebs commodo possessoris fungatur, quia in rem agit et salva ratione aliarum omnium personarum. Presentia¹ etc. MCXCII, v. id. nov., ind. XI. Accursus not. imp.

Originale: D. 92.

¹ *Segue come nel reg. precedente.*

1664. *Pozzeveri (Lucca), 10 Novembre 1192.*

Guiliecta relicta qd. Armanni et filia qd. Bulgarini, cum non haberet mundualdum ex parte qd. viri sui, elegit in mundualdum Ugolinum f. Primicerii propinquum suum et eius consensu et sua bona voluntate obtulit seipsam Deo et altari S. Petri de l. Pottheole et in manibus Alberti de ipso mon. abbatis et libr. xvi den. Pisane monete, quas Alcherolus f. Rosselmini dicte Guiliecte debet, et illam aliam pecuniam et res, quas misit Guiliecta eidem domino abbati, cum medie-

tate de omnibus aliis suis bonis, que habet aut requirere potest, cedendo omnia sua iura et actiones supradicte eccl. et abbati, ut de cetero, tam in vita sua quam et post obitum suum sint in dominio et potestate supradicte eccl., salvo et retento ei usufructu de supradictis rebus et bonis quousque vixerit. Et promisit dicta Guiliecta et professa est se de cetero in voluntate et hoberdientia supradicti abbatis et eius successoris vivere et habitare. Et aliam medietatem de omnibus aliis bonis suis sibi reservat, ad distribuendum pro arbitrio et voluntate sua.¹ Hec acta sunt in predicta eccl. de Pottheole. In presentia et testimonio: Orlandi iudicis, predicti Alcheroli, Porcarii qd. Burnecti Peldivacce, Pinelli qd. Saracini, Bandini qd. Iohannis, Iohannis qd. Querceti, Guidi, Merlecti, Ricci conversorum. A. MCXCII, III id. nov., ind. x.² Iuncta not. inp. Henrigi his interfui, scripsi, complevi et dedi.

Originale: S. 145.

¹ Sotto v'è un largo spazio in bianco, poi: quia in tali ordine hanc cartulam Guiliecta Iunctam not. scribere rogavit. Quindi un altro spazio in bianco ² L'ind. corrisponderebbe se fosse usato il computo pisano (= 1191). Sotto ind. x v'è un largo spazio in bianco.

1665.

21 Novembre 1192.

«Bonifatius et Ranuccius gg. ff. qd. Montanini de Capannore reddere tenentur annuatim (Luc.) capitulo star. duo grani et duo milii de quadam petia terre posita in confinibus de Capannore in l. u. d. in Salcieto; ut continetur manu Glandonis not. (A.) MC nonagesimo secundo, XI kal. dec.».

Regestum B, c. 11.

1666.

16 Dicembre 1192.

«Iohannes qd. Lietori reddere tenentur annuatim (Luc.) capitulo star. xxxvi grani et star. xviii milii et star. xviii fabarum de duabus petiis terre cum duabus capannis super se, que sunt in confinibus Sorbani Lei Iudicis; ut continetur manu Petri not. (A.) MC nonagesimo secundo, xvii^o kal. ian.».

Regestum B, c. 31.

1667.

19 Dicembre 1192.

«Cecius causidicus consul curie treguanorum tulit arbitrium inter Luc. capitulum et Fridianum de Busligno pro se et uxore sua et condempnavit suprascriptum Fridianum ad reddendum annuatim et addetur ad primum redditum star. tria et tres quartinales grani nomine libelli de una petia terre, q. est in confinibus S. Angeli in Campo, de qua solitus erat reddere omni anno star. x inter granum et milium per medium. Manu Petri not. (A.) MC nonagesimo secundo, XIII^o kal. ian. ».

Regestum B, c. 47 v; Regestum A, c. 35. Il Reg. A: Sententia inter canonicam S. Martini et Fridianum de parte predictae terre (cf. il reg. n. 1648), unde reddebat nobis VI star. et III quarras grani; per quam condempnatus est predictus Fridianus, ut renovaret libellum de predicta terra. A. MCXCII^o.

1668.

1192.

«Confessio Caronis presb. et Thoccoli diac. canonicorum S. Martini, per quam protestati sunt, quod predictus Matheus ¹ can. S. Martini, in egritudine constitutus, de qua mortuus fuit, reliquid in eorum potestate disponendi omnia sua et nominatim predictam terram de Verciano, quam ad commune emerat cum supradicto Leone can. S. Martini et postea Clusino ep. A. Domini MCXCII ».

Regestum A, c. 29 v. Cf. il reg. n. 1651.

¹ *Cf. i regesti nn. 1376, 1398, ai quali si riferisce.*

1669.

Chiesa di S. Sensio (Lucca), 30 Dicembre 1192.

Testes Forensis advocati eccl. et canonice S. Martini, pro ipsa eccl., in causa cum Duodo avvocato episcopatus S. Martini, pro episcopatu: Carffallectus conversus S. Martini, iuratus, dixit: Iste presens episcopus, ex quo fuit ep., dedit mihi, q. recepi pro canonicis, II mod. grani in duobus annis continuis et audiebam tunc et semper quod (pro) decima dabatur. Item tempore Plebani de Pescia dedit similiter nobis fabas pro grano et, ut audivi, pro decima de aliis rebus. Vescovelus, serviens canonicorum, iuratus, dixit: Semper audivi a tempore ep. Gregorii, quod dabat episcopus I mod. grani pro decima canonicis et vidi tempore Plebani electi, quod dedit

fabas pro grano pro decima, quia granum non habebat, et tempore istius presentis ep. habuerunt canonici 1 mod. grani ab illis de S. Maria de Monte pro ep. pro decima. Cervasius, iuratus, dixit: Tempore ep. Gregorii, cum essem cum quibusdam de canonicis in canonica S. Martini, ep. Gregorio ibi existente, ego dixi ipsi episcopo: Quare facitis vos ananema de decima retenta, cum tu non des decimam eccl. S. Martini, quam debes, scilicet modium grani? Episcopus dixit: Bene dabo, et direxit Gerardo ministeriali suo, ut daret dictum granum eccl. S. Martini, et bis vidit dari et postea audivi, quod bis iste presens ep. fecit dare et semper audivi, quod episcopatus consuetus erat dare modium grani eccl. S. Martini et canonici ob id incidebant duos panes omni die et mictabant hospitali, et modo incidunt tres. Ranuccius qd. Plebani, qui stat in domo Benectoni in Silice, iuratus, dixit: Ego bis ivi cum tribus bestiis apud S. Mariam de Monte et reduxi 11 modia grani in duobus annis ecclesie S. Martini pro decima quam dabat episcopus, ut canonici dicebant mihi, quando me mictabant illuc, et ego ita dicebam illis de S. Maria de Monte, quod pro decima veniebam, cum frater meus antea reduxisset. Aldibrandus de S. Bartholomeo de Silice, iuratus, dixit: Iam sunt anni x quod ego reduxi 1 mod. grani cum Iohanne et Bornecto, q. mortui sunt, canonicis S. Martini pro decima, quam ep. dabat canonicis et Fracassus castaldus ep. dedit pro sigillo ep. nobis, quem portabamus nobiscum apud S. Mariam de Monte. Truffa coquus canonicorum, iuratus, dixit: Iste ep. et presens dedit mihi licteras sigillatas suo sigillo, ut facerem mihi dare modium grani Fracasso et castaldo suo de S. Maria de Monte pro canonicis S. Martini pro decima, et dederunt et ego reduxi et hoc fuit cum iste archipresb. erat camarlinghus, et postea vidi dictum Aldibrandum reducentem alium mod. grani pro decima similiter. Dugha Gerandi, iuratus, dixit: Cum ego eram advocatus eccl. S. Martini, reclamavi pro dicta decima de episcopo S. Martini, et audivi ab ep. dicente canonicis: Nolite facere mihi dannum; ego ero inde ad vestram voluntatem, et pignus dedit eis, ut camarlinghus dixit mihi et semper audivi, quod pro decima dabatur, dicit Cervasius. Hos tt. Cecius causidicus et Alfanus condam Rubertini Rossi et Bernardinus Ma-

cacciori Luc. causarum consules treguani, in eccl. S. Sensii residentes, publicantes, mihi Piero iudici et not. in publicam scripturam redigendi parabolam dederunt coram Rolando iudice condam Guarmignani et Symone Ciuffecti et Macaccioro et Lucchese Almosnieri et aliis. A. MCMXIII, III kal. ian., ind. XI. Hii tt. dati fuerunt tempore suprascriptorum treguanorum pro suprascripta causa, quam predictus Foresis pro eccl. S. Martini habebat cum Duodo pro episcopatu, et unde data est sententia; ut continetur in cartula scripta manu mei Pieri iudicis et not. Pierus condam Gerardini, prenominati Leccamolini, imp. iudex et not. et scriba suprascriptorum treguanorum.

Copia del 1339, gennaio 7, di Opitho Ser Bindi notarii de Corelia imperiali auctoritate not. et iudex ordinarius et nunc Luc. capituli scriba publicus: I. 120, il quale dice: Originalia et scripture publice et autentice sunt in sacristia dicti Luc. capituli.

¹ *Segue episcopatus cancellato.*

1670.

Pozzeveri (Lucca), 15 Gennaio 1193.

Breve memorie, qualiter in l. sub porticu mon. S. Petri de Potheuli, bonorum virorum presentia quorum nomina subter leguntur, Albertus abbas et presb. eccl. et mon. S. Petri de Potheuli, consilio et accordamento Ghirardi camerarii et Dombenecti et Bianchi presbiterorum et Ricci conversi eiusdem mon. et consilio et accordamento Foresi advocati mon., per cartam, quam in sua detinuit manu, investivit Tavernarium, recipiente pro se et procuratorio nom. pro Henrighecto patre suo, de una petia de terra, q. est campus cum arboribus in l. Tassignani vel in eius confinibus; que tenet: ambo capita in via publica, latus unum in terra filiorum Matti et in terra filiorum Antelminelli et Corti, reliqu(u)m latus in terra suprascripte abbatie; quatenus Tavernarius et Henrighectus eorumque heredes ac proheredes haberent et tenerent per tenimentum et perpetuam locationem, ad reddendum in singulo anno in mense a(u)g. star. xvii et dimidium de bono grano et per totum mensem sept. s[ar. ? x ?] et vii et dimidium de bono milio sicco et rationabiliter mundo cum iusto Luc. star. tractum et paratum [...] carrum, quando habuerint, ad mon., vel si non habuerint,

reddere debeant dicto mon. [...], habendo conmedere uni persone per tres vices inter totam suprascriptam blavam. Abbas sp[on]dit et se suosque successores ac prosuccessores obligavit non tollere eam etc., sub pena x lib. arg. [et?] consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et potestatis, que Lucam et mon. [distrin]geret, et dare conmedere uni persone per tres vices singulo anno de illo ferculo, quod tunc ib[i] erit]. Et Tavernarius pro se et Henrighecto conve[nit et] se suosque heredes ac proheredes obligavit et omnia sua bona presentia et futura iure [pignoris? ...] anuatim suprascriptum affictum xxxv star. inter granum et milium [...] suprascripto mon., sub pena x libr. arg. et omnibus suprascriptis penis, et excepto illis terris, unde solitus est reddere anuatim xxv star. grani et xxiv milii. In presentia: Henrighecti et Beneintendi. A. MCXCIII, xviii kal. febr., ind. xi. Guido iudex et not. imp.

Originale: H. 59.

1671.

Lammari (Lucca), 29 Gennaio 1193.

A. MCXCIII, iv kal. febr., ind. xi. Nos Grillus de Lamari qd. Lamarelli Bonefabe et Maria uxor eius et filia qd. Pugnecti, michi Marie consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Guidonis iudicis imp. a quo interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam pro animarum nostrarum nostrorumque parentum remedio damus et offerimus tibi eccl. et mon. S. Petri de Potheuli et in manu presb. Gerardi carmallighi mon. duas nostras petias de terris; prima est campus cum arboribus in l. et fin. Lamari u. d. Trebbio S. Fridiani et est tres quarre; que tenet; unum caput in terra Henrichi Bornecti, aliud in terra Fridiccioni Beasi, quam detinemus per tenimentum, et suprascripti Henrichi, latus unum in terra hospitalis Lunate, reliquum in via publica; secunda est campus cum arboribus ibidem, que tenet: unum caput in terra Henrichi, aliud in terra Malactieri, latus unum in suprascripta petia, reliquum in terra Bonaccursi. Damus et offerimus, ut post obbitum meum Grilli, si sine filio vel filia de legitima uxore decessero, suprascripte terre sint in proprietate mon., habendo de eis in singulo anno per totum

mensem a(u)g.¹ a nostris heredibus ac proheredibus star. II grani et I star. de milio vel fabis de bono sicco et rationaliter mundo, cum Luc. star. venditorio, tractum et paratum monasterio, habendo manicare uni persone de illo ferculo, quod tunc ibi erit preparatum. Pena dupli et insuper arg. libr. x et consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et potestatis, que Lucam distringeret. Act. Lamari. S. m. iugalium, Grillus uxori sue consensit, et Maria omni suo iuri renuntiavit et firmum et ratum tenere promisit, sub omnibus suprascriptis penis. Et insuper dicimus et firmamus quod volumus esse seppelliti in suprascripto mon. S. m. Cenci qd. Uberti, Lamberti qd. Guerri tt. Guido iudex et not. Frederici imp.

Originale: F. 163.

¹ *Le parole per totum mensem a(u)g. sono scritte su rasura.*

1672.

Lucca, 30 Gennaio 1193.

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., intus canonica eccl. S. Martini, bonorum virorum presentia quorum nomina subter legu[ntur], Bornectus f. Gerbini et Pepa uxor eius et filia qd. Righinaldi, Pepe consentiente viro suo, ubi interfuit notitia Guidonis iudicis imp., a quo interrogata (fuit) secundum edicti paginam, per cartam, quam in [suis] detinuerunt manibus, fecerunt finem et refutationem atque transactionem in manu Palmari camaerari et diac. eccl. et canonice S. Martini, recipiente [ad] partem eccl. et canonice, de toto illo podere seu tenimento, quod detinent et sunt soliti detinere a suprascripta eccl. et canonica in aliquibus locis vel vocabulis,¹ ita quod deinceps suprascripti iugales vel eorum heredes non facient litem vel molestiam adversus eccl. et canonicam et taciti et contenti exinde omni tempore erunt, sub pena mille sol. et consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et potestatis, que Lucam et eorum terras distringeret; unde receperunt pretium a suprascripto magistro Palmario sol. xxx Luc. den. Et Pepa² omni suo iuri dotis vel antefacti seu alio modo in podere seu tenimento sibi competententi renuntiavit et expresso pacto remisit et firmum et ratum tenere promisit, sub omnibus suprascriptis penis. Que

omnia acta sunt ex laudamento Benenati² qd. Bonfilii, Corsi qd. Ugolini electis ab utraque parte et sic inter se investitionem dederunt et se suosque successores et heredes obligaverunt. Acta sunt hec: magistri Armanni, Henrichi presb., Guidonis magistri et aliorum presentia. A. MCXCIII, III kal. febr., ind. XI. Guido iudex et not. Frederici imp.

Originale: B. 26; Regestum A, c. 46. Nel verso della carta, di mano di Guido stesso: De refutatione Pepe. Cf. il reg. seguente.

¹ *La rubrica del Reg. A dice: In Scopic(10). ² L'orig. ha: Papa*

³ *Corretto da Benati*

1673.

Lucca, 30 Gennaio 1193.

A. MCXCIII, III kal. febr., ind. XI. Ego Palmarius camerarius magister et diac. eccl. et canonicus S. Martini, quia vos Bornectus f. Gerbini et Pepa qd. Righinaldi fecistis michi et eccl. et canonicis S. Martini finem et refutationem atque transactionem de toto illo podere seu tenimento, quod detinetis et soliti estis detinere ab eccl. et canonica S. Martini, proinde facio vobis pro eccl. et canonica finem et transactionem de omni manentia et conditione vestrarum personarum vestrorumque bonorum, unde lis et controversia inter vos et nos erat; et per hanc paginam repromitto vobis, si deinceps in antea aliquo tempore ego vel mei successores seu aliqua persona pro eccl. et canonica causaverit, sive litem vel molestiam vobis fecerit sive vestris filiis et filiabus de vestris personis sive pro manentia vel alia conditione vel pro ullo debito, et spondeo una cum meis successoribus componere vobis pena arg. libr. L et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et potestatis, que Lucam distringeret; et post penam solutam suprascripta finis et transactio omni tempore obtineat firmitates. Act. Luce, intus canonica eccl. S. Martini. Que omnia acta sunt ex laudamento Benenati qd. Bonfilii et Corsi qd. Ugolini, electis ab utraque parte, et sic inter se investitionem dederunt et se suosque successores et heredes obligaverunt, sub omnibus suprascriptis penis, qui laudaverunt ut magister Palmarius solvat suprascriptis iugalibus sol. xxx Luc. den. S. m. ma-

gistri Palmarii. S. m. magistri Armanni et presb. Henrici, Guidi magistri et aliorum tt. Guido iudex et not. Frederici imp.

Originale: G. 70. Nel verso, da mano del sec. XII-XIII: In Scopiccio. Cf. il reg. precedente.

1674. *Pescia Minore (Lucca), 28 Febbraio 1193.*

Breve ad memoriam habendam, qualiter bonorum hominum presentia quorum nomina inferius scripta sunt, Borgongettus qd. Petri, consensu et voluntate Aldebrandi plebani plebis S. Petri in Campo et Guilielmus et Amatus gg. qd. Maringiani, Carindone et Melettus gg. qd. Rustichelli et Debianus qd. Baroncelli et Bellus qd. Ugolini et Iohannes qd. Ramundi (?), omnes insimul per fustem, quem in eorum tenebant manibus, in perpetuam locationem et tenimentum investiverunt et dederunt domno Gerardo monacho et presb. atque camerlingo mon. S. Petri de Potheole, recipienti ad partem et utilitatem mon., petiam unam de terra, q. est iusta Pisciam Minorem, prope molina mon.; que est a septentrionali parte pertice xxxvi, ab australi parte pert. xvii, ab orientali pert. xvi, quatenus a presenti die dominus Albertus, presens abbas mon., sui que successores habeant et teneant per tenimentum predictam petiam, ad partem mon., et reddant star. iii de puro milio sicco, ad star. currens de Piscia predictis Borgongetto et Guilielmo et Amato et Carindoni et Melletto et Debiano et Bello et Iohanni et Carsoni qd. Ciuffetti vel eorum heredibus aut proheredibus, data et consignata eis ad predicta molina mon. Pena: xx libr. Luc. et sub pena potestatis, que eis pro tempore dominabitur. Predictus Iohannes pro salute anime sue concessit et perdonavit eius portionem de predicta terra et de predictis iii star. de milio camerlingo pro mon. Acta sunt hec in predicta terra, prope molina mon. Presentia: Gratiani qd. Carandelli et Stefani qd. Olivoli et Cancellarii qd. Rolanducii et Beneveni qd. Leucii. A. mcxciii, prid. kal. mar., ind. xi. Post hec, eadem die et l., presentia suprascriptorum Stefani et Gra-

tiani et Cancellarii, predictus Carstone pro se et suis heredibus confirmavit omnia predicta, sub omnibus predictis penis.
Aldricus iudex ac not. imp.

Originale: X. 80.

1675.

Lucca, 3 Marzo 1193.

A. MCXCIII, v non. mar., ind. XI. Ego Palma abbatissa eccl. et mon. S. Iustine, ex provisa et bene cognita eccl. et mon. melioratione, cum consilio et assensu Panfilie, Matilde, Buone, Columbe atque Lucie consororum mearum et monacharum et Pieri eiusdem eccl. et mon. conversi atque Rolandi Guicciardi advocati eccl. et mon., per hanc cartulam vendo et trado tibi Moretino presb. et rectori hospitalis S. Martini et eccl. S. Alexandri, que est coniuncta ipsi hospitali, ad partem hospitalis, quattuor petias de terris eccl. et mon. in l. Vaccole; prima est vinea cum arboribus u. d. Fontanelle, et tenet: unum caput cum uno latere in via publica, aliud caput in terra suprascripti hospitalis, aliud latus in terra Bianchi qd. Bernardi et in terra eccl. et mon. S. Cerbonii et in terra Pasi qd. Petri; secunda est castagnetum ibidem cum arboribus et vitibus et casa solariata et curte ante eam et tenet: unum caput in suprascripta via, aliud in terra Tancredi qd. Iohannis et in terra filiorum qd. Denarii, latus unum in terra filiorum qd. Pandolfini Fulcerii, aliud in via publica; tertia est silva et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra hospitalis eccl. S. Iohannis de Capite Burgi, latus unum in terra filiorum qd. Pandolfini Fulcerii, aliud in terra suprascripti Pasi; quarta est vinea et olivetum et castagnetum ibidem et tenet: unum caput cum uno latere in via publica, ubi est quadam biscocca, et in terra Tancredi et in terra eccl. et mon. S. Pontiani, latus unum in via publica et deinde in terra filiorum qd. Denarii et in terra suprascripti Tancredi, sicut cavina dividit, aliud in terra suprascripti Burnettii; de quadam parte ex ea solita eram ego abbatissa per tenimentum annuatim in mense dec. reddere hospitali S. Iohannis de Capite Burgi den. VI pro eccl. et mon. Has terras una cum omni iure et actione et proprietate atque dominio, michi pro eccl. et mon. pertinente, tibi vendo et trado. Recepi pretium libr. LXIII den.

Luc. Pena dupli et insuper cxxvi libr. den. Luc. et sub pena consulum et treuguanorum Luc. vel alterius potestatis, que per tempora Lucam distringeret. Act. Luce, in domo ubi stant converse mon., extra claustrum mon. S. m. abbatisse et eius consoroies et Pierus et Rolandus huic cartule interfuerunt et consilium et assensum ei prebuerunt. S. m. presb. Martini, q. est plebanus plebis de Vicopelago, et Riccomanni eius cl. et Glandolfi cl. suprascripti hospitalis et Lucchesis qd. Bulsi, q. est advocatus suprascripti hospitalis, tt. Accursus not. imp.

Originale: G. 106.

1676. *Chiesa di S. Sensio (Lucca), 6 Marzo 1193.*

Tancredus causidicus et Soffredus Partis et Taliapane qd. Arrigi Conetti Luc. causarum consules et treuguan, in eccl. S. Sentii residentes, bonorum hominum presentia quorum nomina inferius continentur, investierunt Foresem Guicciardi advocatum eccl. et abbacie S. Petri de Potioli, quatinus ipse pro abbacia et ipsa abbacia per eorum parabolam et ex publica Luc. civ. auctoritate esset in tenere et possessione in omni iure et actione et melioramento pertinente Guido Rosso et Amico gg. de Picciorano, et in omnibus aliis bonis eis pertinentibus, quod ius et melioramentum habent in una petia de terra, quam ab abbacia per tenimentum in eodem l. tenent, pro sol. XLVIII, quos advocatus ab eisdem gg. petebat pro estimatione x star. milii pro affitto abbacie retento de suprascripta terra de duobus proximis preteritis annis et pro estimatione v star. milii pro pena tenimenti rupti, vel present eidem advocato ipsi gg. tantum milium, quod tantum valeat, per cuius advocati fidem cognoverunt suprascripti treuguan, quod secundum quod ille credebat, ipsi gg. abbacie, ut supra dictum est, dare debebant, qui malitiose a locatione cause cessaverunt; tali lege atque tenore, quod qualicumque die dehinc ad unum proximum annum ipsi gg. venerint ad iustitiam faciendam abbacie, convenienti pignore in manus consulum et treuguanorum ad eorum voluntatem dato, et redditis prius den. XXVIII pro dato civ. et XII pro breve isto et v pro missis et III pro huius tenute denuntiatione, hec possessio et teneris inmissio in eos revertatur, abbacia semper deinceps habente et lucrante de fructibus huius investi-

tionis ad rationem, secundum quod venerit de XLVIII sol. den. iv per unamquamque libram omni mense, nomine pene pro rata temporis, donec debitum probaverit vel probare parata fuerit, nisi visum fuerit consulibus et treuguanis, quod per eam malitiose stet, et quantum minus exinde habuerit, totum super hac investitione et obligatione permaneat, et semper infra et post annum, priusquam causa fiat vel rationem habeant, convenienti pignore ¹ etc. dato, reddant, cum venerint ¹ etc., totum quod pro hac investitione datum est, nisi in quantum consules et treuguanis cognoverint hanc possessionem et teneris inmissionem fraudulenter fore petitam in totum vel in partem, tunc de eo, in quo fraudem admisit, nichil reddi faciant et penam vel fructus pro pena eo modo inde perceptam vel perceptos, fraudatorem restituere cogant; et post annum abbatia sit possidens huius investitionis ad instar pignoris conventionalis et honus probationis ei semper incumbat, quia personaliter agit, et salva ratione aliarum omnium personarum. Presentia: Iohannis qd. Ughiccionis et Baldinotti f. Montini. A. MCXCIII, prid. non. mar., ind. XI. Accursus not. imp.

Originale: E. 151.

¹ *Segue come sopra.*

1677

Lucca, 14 Marzo 1193.

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter in Luc. civ. in capitulo eccl. et canonicè S. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius scripta inveniuntur, Pecus qd. Petri et Corsus f. Moriconis massarii per cartam, quam in suis detinebant manibus, investierunt Thoccolum diac. et Ubertum subdiac. canonici et sacriste suprascripte eccl. et canonicè recipienti pro se et toto capitulo, quod ipsi et eorum heredes ac proheredes dabunt per singulum annum predictis vel suis successoribus totam solitam redditam, quam reddere solita erat Maria conversa suprascripte eccl. et sui antecessores et ultra den. XII in mense ian. Luc. monete, de omnibus illis terris cultis et incultis atque agrestibus, quas Maria et sui antecessores soliti erant detinere a suprascripta canonica, de quibus canonici Pecum et Corsum hodie per tenimentum et

perpetuam locationem investierunt, reservando sibi aedificio domorum cum terreno et arboribus et platea et stiviliis, qui ibi sunt, et partem molendini, quę est due partes, pertinente suprascripto tenimento, cum tali conditione, quod si Marie placuerit habitare cum ipsis tenitoribus, donec ipsa vixerit, debent dare ei victum et vestimentum et calciamentum cum rectitudine, et si ei non placuerit habitare cum eis, quod ipsa debet habere medietatem suprascriptarum terrarum usufructum, donec ipsa vixerit. Item tale pactum fuit inter eos, quod si canonici voluerint emere a suprascriptis tenitoribus eorum tertiam partem molini, ipsi debent dare eis pro tanto pretio, quantum laudaverint Petrus qd. Martini et Accatapanę qd. Godini. Sponponderunt canonicis, si eis sicut suprascriptum est observatum non fuerit, aut si terras ¹ dereliquerint, aut si pactum non observaverint, componere penam arg. libr. x et penam dominorum terre habitationis sue; et sic omnia bona sua iure pignoris obligaverunt. In presentia: Petri qd. Martini de Gualdo, Lupi qd. Bonseri, Mathei qd. Guiffredi. A. MCXCIII, prid. id. mar., ind. XI. Petri sacri pal. iudex et not. Frederici imp.

Originale: A. 20. Nel verso, di mano di Petrus stesso: Tenimentum de terris de Fibialla Marie (?) de domo [...]. E da mano del sec. XIII: Tenimentum Pethi qd. Petri et Corsi qd. Moriconis, consuetus redditus et ultra den. XII. Hoc podere habet Albertinus qd. Paganelli qd. Ugolini qd. Dati qd. Pecore (?) De Signo de [...].

¹ terras è nell'interlineo.

1678.

Lucca, 25 Marzo 1193.

Breve, memorie causa descriptum., Luce, prope eccl. S. Michaelis de Foro, in domo filiorum qd. Peregrini Berlescie, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius apparebunt descripta, Bencasanus qd. Mincuccii titulo venditionis dedit et tradidit, cessit atque mandavit Benevive qd. Rumichelli, recipienti pro se et pro communi suo et Guiduccii qd. Lupicini et Peregrini qd. Bernardi et Martini et Deotisalvi gg. qd. Angiorelli et Bellecti et Pisticcii gg. qd. Burghetti et Bernardi et Guiduccii gg. qd. Carandelli et Henrichetti qd. Cunithelli et Bellocte qd. Gratiani, que est uxor

Burnecti, suam portionem, q. est de novem partibus una pro indiviso de duabus petiis de terris, q. sunt in l. et fin. Sallotocchio, quas tenet Gilius de Rabbuli, unde reddit omni anno 1 star. grani. Item titulo venditionis dedit et tradidit, cessit atque mandavit eidem Benevive, recipienti pro se et omnibus suprascriptis, suam portionem, q. est de novem partibus una pro indiviso de xxv sol. et vii den. Sub pena dupli et consulum et treuguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Lucam distringeret. Bencasanus confessus fuit se recepisse pretium a suprascripto Benevive, pro eo solvente et omnibus suprascriptis, sol. vii et den. iiii Luc. den. Pesus qd. Guiducci Mediidiei de Coldipottho et Montaninus faber qd. Dominici et Tithone f. Vivonis de S. Geminiano, qui tt. interfuerunt manusque imposuerunt et in quorum presentia facta sunt hec omnia. A. MCXCIII, viii kal. apr., ind. xi. Ardicio iudex et not. imp. post traditam complevi atque dedi et suprascriptis omnibus interfui et hec descripsi.

Originale: R. 78.

1679.

Lucca, 11 Aprile 1193.

A. MCXCIII, iiii id. apr., ind. xi. Nos Paganellus et Gerardus gg. ff. qd. Guidocti Travallii et Guido et Guilielmus gg. ff. qd. Guilielmi Travallii per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Villano et Rolandino et Ughetto gg. ff. qd. Boni, Rolandino Beraldi recipiente pro vobis tutorio nom., nostram portionem integram pro indiviso, que portio est vel sunt tres portiones, quarta vero est vestra, de una petia terre, q. est ortus cum vivacibus super se, parum extra muros Luc. civ., prope eccl. S. Silvestri; que tenet: unum capud in carbonaria nova, aliud cum tota fossa infra se in terra canonice S. Martini, latus ab oriente in terra Borgognonis qd. Pieri Torti, aliud cum tota fossa infra se in terra q. fuit qd. Gualtrocti. Nostram portionem, quantacumque sit per mensuram, una cum omni iure et actione nostra et eius dominio et possessione libera et disbrigata a tenitore et omni persona vobis vendimus et tradimus. Pretium a Rolandino pro vobis libr. xii Luc. den. recepisse profitemur. Pena dupli, sub pena

consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Luce pro tempore dominabitur; et pro dampno et evictione emendanda, si acciderit, de tota vel parte rationabiliter vel usualiter seu per constitutum civ., omnia alia nostra bona vobis iure pignoris vel ypothece obligamus, sub omnibus suprascriptis penis. Act. Luce, prope eccl. S. Cristofori, in cellario filiorum qd. Sornachi. Paganellus et Gerardus et Guido et Gulielmus hanc cartulam fieri rogaverunt. Rolandus et Lambertus gg. qd. Sornachi et Albertinus Soffredducci atque Sanna filius predicti Rolandi Sornachi tt. interfuerunt et manus imposuerunt. Riccardus not. imp. atque iudex omnibus suprascriptis interfui et post traditam complevi et dedi.

Originale: P. 92; Regestum B, c. 2 v.

¹ *Nel Reg. B da un docum. del 1214, maggio 19: petia terre, q. est ortus cum quadam capanna super se, prope posterulam S. Alexandri Minoris, prope muros civitatis.*

1680.

11 Aprile 1193.

« Testa Viviani reddere tenetur Luc. capitulo annuatim medietatem totius fructus unius petie terre, q. est silva in dictis confinibus u. d. Posatoio. ¹ Manu Guidi not. (A.) m^oc^oLXX^oXXIII^o, III^o id. aprelis ».²

Regestum B, c. 39 v.

¹ *La rubrica (c. 33) dice: De Massa Macinaria.* ² *Il ms. aggiunge: quam modo tenet, ut videtur, Bonaiutus Rodolfi.*

1681.

Laterano (Roma), 11 Aprile 1193.

Celestinus (papa). Venerabili fratri * * episcopo et dilectis filiis cap. Lucano et * * priori Camaldulensi. Significamus vobis quod intentio nostra non fuit ut pro mutatione ordinis, facta in eccl. ¹ S. Iocunde, Lucana eccl. quamlibet sui iuris vel honoris diminutionem sive iniuriam pateretur. Prohibemus itaque ne tu prior aut fratres tue professionis seu vestri successores honorem et ius, quod episcopo et canonicis Lucanis in prefata eccl. competit, quomodolibet auferre, imminuere vel perturbare presumatis. Et ne sub tali occasione inter vos ulla possit in posterum suboriri discordia, aut a vobis

fratres camaldulensis Ordinis eccl. Luc. aliquam sui iuris aliquando sentiat diminutionem, statuimus et im perpetuum decernimus observandum, ut vos ep. et canonici seu vestri successores debitum ius, honorem et consuetudinem, quam in monasterio illo et parrochia eius hactenus habuistis, cum integritate debita quiete consequamini. Dat. Laterani, III id. aprilis, pontif. a. II.

Originale: BB. 29. Sigillo plumbeo. Mittarelli, Annal. Camald., IV, app. 184, n. 111; Migne, CCVI, 985, n. 114; Pflugk-H., Acta III, 387, n. 454; Iter, pag. 328, n. 951; Iaffè, n. 10418; Iaffè-L., n. 16983; Kehr, Italia Pontificia, III, 406, n. 49 e 185, n. 47.

¹ eccl. è su rasura.

1682.

Lucca, 23 Aprile 1193.

A. MCXCIII, IX kal. madii, ind. XI. Nos Hermannus qd. Paganelli et Lutterius f. eius, eidem Lutterio consentiente patre suo, et Ildebrandinus qd. Ugolini vendimus et tradimus tibi Curtefuge de Paganigo qd. Panfollie, unam nostram petiam de terra, q. est campus cum arboribus, in l. Capannule u. d. Lappeta, medietas cuius terre est nostra qui supra Hermanni et Lutterii pro indiviso, altera medietas est Paganelli et Ildebrandini gg. qd. Ugolini; de qua parte dicti Paganelli nos Hermannus et Ildebrandinus promittimus tibi Curtefuge quod ipse Paganellus faciet tibi cartam venditionis ad dictum tui sapientis; de qua consuetus es annuatim nobis et Paganello reddere per tenimentum star. v de blava, videlicet III grani et II milii; que tenet: unum caput in terra Guidocti de S. Ianuario qd. Iohannis, alterum cum media fovea in terra eccl. S. Quirici de Capannule et aliquantulum in terra S. Pantaleonis, latus unum in terra eccl. S. Petri de Potheoli, alterum in terra dicte eccl. S. Petri, quam detinet Baldinus qd. Ildebrandini. Hanc petiam una cum omni iure et actione et proprietate de ea vel pro ea nobis cum domineo pertinente, tibi eam vendimus et tradimus. Profitemur a te recepisse pretium pro nobis et pro Paganello libr. x Luc. den. Pena dupli et insuper pena libr. XL den. Luc. et consulum et treuganorum Luc. presentium et futurorum et Luc. potestatis Luce pro tempore dominantis. Act. Luce, prope eccl.

S. Petri Cicoli. S. m. Hermanni et Ildebrandini atque Luterii f. suprascripti Hermanni. S. m. Guasconecti qd. Tiniosi et Vitalis qd. Magini tt. interfuere. ¹

Originale: Q. 122.

¹ *Segue il reg. n. 1684.*

1683.

Lucca, 24 Aprile 1193.

A. MCXCIII, VIII kal. madii, ind. XI. Manifesti sumus nos Blancus qd. Gerardi et Tedora uxor eius et filia qd. Becchi, michi Tedore consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Guidonis iudicis imp., a quo interrogata (sum) secundum edicti paginam, quia vos magister Palmarius et magister Ungarus diaconi et canonaci et camerarii eccl. et canonice S. Martini per cartulam locationis nom. ad censum perexsolv. dedistis nobis duas petias de terris, ¹ q. sunt campi in l. et fin. Navi, prope eccl. S. Mathei; prima tenet: unum caput in terra suprascripte eccl., alterum in terra et media fossa Aldibrandini de Urbicciano, latus unum in terra Oddi Mansi, aliud in terra suprascripte eccl.; secunda tenet: unum caput in via publica alterum in terra suprascripte eccl., latera ambo in terra filiorum qd. Pinelli, ² quam detinent a suprascripta eccl. Dedistis ut in nostra et nostris heredibus sit in potestate predictas petias de terris habendi atque fruendi. Vobis vestrisque successoribus omni anno in mense a(u)g. reddere debeamus star. III et dimidium de bono grano sicco et rationabiliter mundo cum iusto Luc. star. tractum et paratum suprascripte canonice, habendo semel comedere uni persone panem et caseum. Pena: arg. libr. x et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. et potestatis, que Lucam distringeret. Act. Luce, in canonica suprascripte eccl. S. m. iugalium. S. m. Ceci qd. Villani Caviatori, Bonaventure qd. Prescioni tt. Et non debeant esse suprascripte terre plus nisi illis de quibus usque modo soliti sunt reddere star. II et una quarra grani. Guido iudex et not. Frederici imp.

Originale: B. 17; *Regestum A*, c. 35; *Regestum B*, c. 47.

¹ *Il Reg. A:* que sunt partes predictarum novem cultrarum (*cf. il reg. n. 324*) et fuerunt de consortatico predicti Fridiani (*cf. il reg. n. 1618*). ² *Il Reg. A:* latera ambo in terra nostra, quam detinent filii Pinelli de Cortina a nobis, unde reddunt II star. grani.

1684.

Aprile 1193.

Paucis ¹ diebus transactis, videlicet ix kal. ² eiusdem mensis madii, Paganellus qd. suprascripti Ugolini fecit et rogavit fieri cartulam vendictionis sue portionis in persona Curtefuge de suprascripta petia de terra, q. est campus cum arboribus, sicut per capita et latera permanet et superius est designata, pro suprascripto pretio suscepto a prefatis Hermanno et Ildebrandino atque Lutterio; et sic prefatus Paganellus pro sua parte se suosque heredes obligavit auctores et defensores esse de suprascripta terra eidem Curtefuge eiusque heredibus et cui dederint, sub omnibus suprascriptis penis. Actum in suprascripto l., presentibus: Belindone qd. Ianni et Rustichello qd. Siribelli rogatis tt. Ildebrandinus imp. iudex et not.

Originale: Q. 122.

¹ Così prosegue il reg. n. 1682. Questo reg. fu scritto sulla stessa carta, ma, sembra, dopo. ² Certamente ix kal. madii è un errore o in questo atto, o nell'atto del reg. n. 1682; ma è più ragionevole supporlo nell'atto presente.

1685. *Presso Pescia Maggiore (Lucca), 14 Maggio 1193.*

A. MCXCIII, prid. id. madii, ind. xi. Nos Grillus qd. Bandini et Genoese uxor eius, filia qd. Caparothi, michi Genoese consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Aldrici iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam pro animarum nostrarum salute offerimus tibi Alberto abbati mon. S. Petri siti in l. Potheoli, ad partem et utilitatem mon., novem petias de terris cum edificio et omni allevatio super quibusdam earum; prima est in l. u. d. ad Cafaggium cum casa et omni edificio super ipsam et cum curte ante ipsam et cum omnibus pertinentibus ad suprascriptam casam ante et retro, que tenet: unum caput in terra filiorum qd. Cerretani, alterum in terra Arigetti qd. Bellonis, latus unum in via publica, alterum in terra Romani qd. Bagi; secunda est in eodem l. Cafaggio, que est ortus et vinea, que tenet: unum caput in via publica, alterum cum uno latere in terra Victorii g. mei qui supra Grilli, alterum in terra suprascriptorum ff. qd. Cerretani; tertia est supra Cafaggium u. d. ad Campum, que est campus et est nominata medium

quarterium, que tenet: unum caput in terra Montanini g. mei qui supra Grilli, alterum in terra suprascripti Victorii, latus unum in terra suprascriptorum ff. qd. Cerretani, alterum in terra suprascripti Victorii et predictorum ff. qd. Cerretani; quarta est in l. u. d. ad Fabricam, cum vinea et olivis super se, que est media cultra et plus, que tenet: ambo capita cum uno latere in viis publicis, alterum latus in terra Acursi g. mei qui supra Grilli; quinta est in eodem l. Fabrica, que est campus et vinea, que est quarterium unum, que tenet: unum caput in terra suprascripti Romani, alterum in via publica, latus unum in terra suprascripti Montanini, alterum in rio; sexta est in eodem l. Fabrica, que est campus et vinea et est quarterium unum, que tenet: unum caput in terra suprascripti Romani, alterum in via publica, latus unum in terra suprascripti Montanini, alterum in rio; septima est in eodem l. Fabrica, cum castaneis super se, que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra eccl. S. Andree de castro de Barellia, latus unum in terra Bentevengie de Monzone, alterum in terra suprascripti Romani; octava est in l. u. d. ad Planum de Barellia, cum arboribus super se, quam tenemus ab hospitali de Rosaio ad Quartum, que tenet: unum caput in terra Hospinelli de Ponte, alterum in terra filiorum qd. Guidotti de Cafagio, ambo latera in terra suprascripti Romani; nona est in Campo de Piscia in l. u. d. in Corzano, per quam via publica currit, que est nominata media cultra, que tenet: unum caput in terra Rainonis qd. Gualfreducii, alterum in terra Vitalis qd. Bertusii, latus unum in terra Archetti qd. Guiducii, quam habet pro uxore, alterum in terra filiorum * * Salacothie. Item nostram portionem, que est medietas pro indiviso, de petia una de terra q. est in l. u. d. ad Ficaioiam, que tenet: unum caput in terra Acursi qd. Bernardini de Rege, alterum in terra Monzone, latus unum in terra Pisciatini de Petraminuta, alterum in terra suprascripti Victorii. Item nostram portionem, q. est quarta pars pro indiviso de duabus petiis de terris, una est in l. u. d. ad Stelle, que est quarterium unum, que tenet: ambo capita in Piscia, latus unum in terra suprascripti Archetti, quam habet pro uxore, alterum in terra Petri de Vichingiano; altera petia est in l. u. d. a le Sancte Marie, que est quarterium unum, que

tenet: unum caput in * *, alterum in terra Plebaninga, latus unum in terra Bivoli qd. Tasce, alterum in terra filiorum qd. Botrichi. Item nostram portionem, q. est octava pars pro indiviso de una petia de terra, q. est in l. u. d. ad Trebium, que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra nostra et nostrorum consortium, latus unum in terra filiorum qd. Cafagioli, alterum in terra Petri qd. Rodolfini. Item offerimus omnes illas oves, quas Ugolinus de Monzone qd. Ober-telli a nobis habet in societatem, quas per tres annos iam custodivit. Item quatuor oves capitale, quas Bondie filius Gualandi de Polzano a nobis habet in societatem et iam custodivit per annum et plus. Et duos bungios, quos Argus qd. Caparothi a nobis habet in societatem. Et starium unum de segale aut sol. v, quod Ugolinus de Monzone nobis debet supra petiam unam de castangeto. Et omnes terras et res mobiles et immobiles iura et actiones nostras, que habemus et nobis pertinent, exceptis quatuor petiis de terris, quas nobis reservamus; prima petia est ad viam novam, que est medium quarterium; secunda est ad Calcinaticam, que est castangetum iusta terram Dini qd. Salvati; tertia est ad Cafagium, cum olivis et arboribus super se, que est iusta terram Perfecti qd. Cafagioli et Fantini qd. Andree; quarta est ad Fabricam q. est olivetum iusta viam publicam et iusta terram Malaseveli; et exceptis XL sol. Luc. de rebus mobilibus, que omnia nobis reservamus. Omnes predictas terras et res una cum omni iure et actione nobis pertinentibus tibi offerimus, quatenus post nostrum obitum omnes suprascripte terre et res sint predicti mon. et in potestate abbatum seu rectorum, q. per tempora in mon. fuerint, eas habendi et quicquid voluerint faciendi ad eorum tantum usum et pauperum et utilitatem mon. Et nos iugales vel quicumque nostrum supervixerit, debeamus habere in vita nostra omnes usufructus suprascriptarum terrarum, ad faciendum quicquid voluerimus; et tali modo, quod quancumque voluerimus intrare mon., debeamus recipi et omnes predictae res sint predicti mon. sine omni exceptione; tali quoque modo, quod si nos habuerimus filium vel filiam, hec cartula sit inanis et vacua, ita tamen quod mon. debeat annuatim habere de predictis terris et rebus den. VIII Luc. Pena dupli. Nos nostrosque

heredes et nostra bona obligamus sub pena potestatis, que nobis pro tempore dominabitur. Act. pro[pe] Pisciam Maiorem, ad S. Quiricum ad Ceole. Iugales hanc cartulam fieri rogaverunt. Grillus uxori sue consensit. Presb. Henricus et Bernardinus Del Staffa f. naturalis Tederigi et Arigus qd. Caparothi et Ugolinus qd. Petri tt. interfuerunt. Aldricus iudex ac not. imp.

Originale: M. 131.

1686. *Canonica di S. Martino (Lucca), 1 Giugno 1193.*

Cum lis et controversia esset inter magistros Ungarum et Palmarium canonicos et camerarios canonicæ S. Martini Luc. episcopatus, litigantes pro canonica, ab una parte, et Martinum presb. et plebanum plebis S. Georgii de Vicopelago, ab altera, commissa est ab utraque parte ad diffiniendum per laudamentum in Benenatum qd. Bonfilii, videlicet de redditu i(l)lius terre, quam presb. Gerardus qd. can. suprascripte canonice obtulit canonice, ut continetur in cartula scripta manu Ugonis not., in qua continetur quod Gerardus dedit seu obtulit suprascripte plebi per tenimentum suprascriptam terram, ad reddendum annuatim in mense aug. canonice xxv star. grani, ad star. iustum quartinum de Classo tunc currentem. Benenatus laudavit, ut presb. Martinus plebanus, pro plebe, de cetero annuatim in mense aug. reddat camerariis star. xxiv de grano bono et sicco et convenienter mundo, ad star. Luc. venditorium, qui modo currit per Luc civ., salva pena et aliis capitulis omnibus que in carta Ugonis not. contine(n)tur per omnia, et a superfluo plebem absolvo et canonicam. Presentia: Lupi qd. Bonseri, Arrighi qd. Bicchignani et aliorum. (A.) MCXCIII, kal. iun., ind. xi. Act. in suprascripta canonica. Iacobus Octonis Romanorum imp. not. et imperialis aule iudex ordinarius hec omnia, ut in rogito scripto manu Guilielmi not. et eius signo et nom. confirmato inveni, scripsi ac etiam de voluntate et parabola Arrigi f. suprascripti Guilielmi in publicam scripturam redegei et meo signo et nom. in posterum confirmavi.

Originale: E. 15.

1687.

Lucca, 24 Giugno 1193.

Guido Luc. eccl. archipresb. et presb. Lambertus et Thoccolus diac. et Ubertus subdiac. S. Martini, eiusdem eccl. canonici et sacriste pro sacristia suprascripte eccl., per librum, quem in suis tenuerunt manibus, investierunt Francardum qd. Martini de Pino, recipientem pro Bono et Benevento ff. suis, de omnibus illis terris cultis et incultis atque agrestibus et duabus casis, q. case sunt in Maggiano, et terre in confinibus Magiani, et fuerunt recte et laborate per qd. Finocchium et Gerardinum massarios, exceptis terris, quas dederunt Amico massario, ut continetur in instrumento scripto manu mei Guilielmi not.; quatinus ipsi gg. et Francardus pro eis et eorum heredes et proheredes habitent in eis ut coloni et manentes et ascripticii et reddant ex eis, ut Finocchius et Gerardinus reddebant, et quotiens aliquis predictorum gg. vel descendendum ab eis inde exierit et alio habitaverit, quod ab inde nichil de suprascriptis terris habeat, set perpetuus ibi habitator. Pro quibus Francardus fecit servitium suprascriptis canonicis pro canonica sol. LX Luc. monete; convenit tamen inter eos, quod si fuerit aliquid de suprascriptis terris victis rationabiliter pro facto canonice, quod canonica debet reddere pro rata de suprascripto servitio. Francardus omnia suprascripta convenit et promisit facere pro ff. usque ad legitimam eorum etatem et facere eis rogare inde cartam ad dictum sapientis canonice, cum pervenerint ad etatem; que omnia convenit et stipulatim promisit observare, obligando iure pignoris omnia bona sua, ad penam xx libr. Luc. den. et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si qua pro tempore Luce puerit, salva ratione suprascripti Finocchi de omnibus suprascriptis terris, si idem redierit. Intellectus est talis, quod Gerardinus et Bertulina (?) eius uxor debeant et possint ibi morari, ut modo morantur, in toto tempore vite eorum. Hec acta fuerunt Luce, intus suprascriptam canonicam; in presentia: Gratiani magistri et Amici qd. Martini Mattuccii, Foresi advocati et aliorum. A. MCXCIII, VIII kal. iul., ind. XI. Guilielmus not. imp., rogatu utriusque partis hec in publicam scripturam redegi.

Originale: G. 180; Regestum B, c. 77 v. Nel verso della cartia, da mano del sec. XIII: De isto Francardo fuerunt Bonus et Benevento. De Buono fuit Francardus; de Francardo est Lupardus et Vitalis qd. suprascripti Buoni de alia uxore; de Benevento nullus remanet.

1688.

30 Luglio 1193.

“ Bonifatius qd. Casalis de S. Ianuario reddere tenetur annuatim star. decem et octo vini, ad iustum star. Luc., in predicto l. S. Ianuarii de una petia terre, q. est in dictis confinibus u. d. Possore, prope Casale; ut continetur manu Guidi not. (A.) M^oC^oLXXX^oXIII^o, tertio kal. augusti.,.

Regestum B, c. 26 v.

1689.

Pozzeveri (Lucca), 8 Agosto 1193.

Breve ad memoriam habendam, qualiter bonorum hominum presentia, quorum nomina inferius scripta sunt, Truffettus qd. Passarini per fustem, quem in sua tenebat manu, dedit investitionem in manum Alberti mon. S. Petri de Potheole abbatis et ei promisit atque convenit et obligavit se suosque heredes et sua bona, sub pena sol. c Luc. et sub pena Luc. consulum et treguanorum presentium vel futurorum vel potestatis, que Luc. civitati pro tempore ¹ prefuerit, dare omni anno in mense aug. mod. i de bono grano, ad iustum star. currens Luc., predicto abbati vel eius successori in mon., de petia una de terra cum arboribus et omni allevatio super ipsam, que est in confinibus de Tassingiano ² in l. u. d. ad Rottam; que tenet: unum caput in terra Sofreducci de Tassingiano, ² alterum cum uno latere in via publica, alterum latus in terra eccl. S. Stefani de eodem l. Tassingiano. ² Acta sunt hec in predicto mon.; presentia: Bifolchi qd. Guerri et Bonincontri qd. Africantis et Arigi qd. Pungetti. A. MCXCIII, vi id. aug., ind. xi. Aldricus iudex ac not. imp.

Originale: H. 44. Nel verso, di mano del sec. XII-XIII:

Terram, q. in ista carta continetur, tenet Mainettus de Paganico, ad reddendum unum mod. inter granum et milium.

¹ pro tempore è scritto nell'interlineo. ² Così l'orig. per Tassingiano

1690.

Pozzeveri (Lucca), 8 Agosto 1193.

Breve ¹ etc., qualiter Bonus qd. Bonichi per fustem ² etc. fecit finem et refutationem atque transactionem in manum Alberti mon. S. Petri de Potheole abbatis, recipientis pro mon.,

de omni iure et actione et usu, que habebat et ei aliquo modo pertinebat de petia una de terra cum arboribus et omni allevatio super ipsam, que est in confinibus de Tassignano³ in l. u. d. ad Rottam, quam Bonus dicebat habere per tenimentum a mon., reddendo omni anno in mense aug. mod. i de grano, ad star. currens Luc., predicto mon. Tenet ipsa petia: unum caput⁴ etc. Pena: xx libr. Luc. et sub pena Luc. consulum et treguanorum⁵ etc.⁶

Originale: H. 42.

¹ *Segue come nel reg. precedente.* ² *Segue come nel reg. precedente.*

³ *Così l'orig. per Tassignano* ⁴ *Seguono i confini come nel reg. precedente.* ⁵ *Segue come nel reg. precedente.* ⁶ *Segue l'escatocollo come nel reg. precedente.*

1691.

Pozzeveri (Lucca), 8 Agosto 1193.

Breve ad memoriam habendam, qualiter bonorum hominum presentia quorum nomina inferius scripta sunt, Rainucinus qd. Ugolini per fustem, quem in sua manu tenebat, investitionem dedit in manum Alberti mon. S. Petri de Potheole abbatis et ei promisit et convenit et obligavit se suosque heredes et sua bona, sub pena sol. lx Luc. et sub pena Luc. consulum et treguanorum presentium vel futurorum vel potestatis, que Luc. civ. pro tempore prefuerit, dare omni anno in mense sept. star. iv de bono grano et star. iv de puro milio sicco, ad star. curre(n)s Luc., predicto abbati vel eius successor, data et consignata in mon., nominatim de petia una de terra cum arboribus et cappanna super se, que est in confinibus de Capannole in l. u. d. ad Capriaticum; que tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, alterum caput in semitula, alterum latus in terra suprascripti Rainucini. Acta sunt hec in predicto mon. de Potheole, presentia: Bifolchi qd. Guerri et Bonincontri qd. Africantis et Guarzonis qd. Blanci. A. mcxciii, vi id. aug., ind. xi. Aldricus iudex ac not. imp.

Originale: Q. 190.

1692.

Pozzeveri (Lucca), 8 Agosto 1193.

Breve ¹ ad memoriam habendam, qualiter bonorum hominum presentia, quorum nomina inferius scripta sunt, Ricardus qd. Martini per ramum olive, quem in sua tenebat manu, investitionem dedit in manum Alberti mon. S. Petri de Potheole abbatis et ei promisit atque convenit et se suosque heredes et sua bona obligavit, sub pena sol. LX Luc. et sub pena Luc. consulum et treguanorum presentium vel futurorum vel potestatis, que Luc. civ. pro tempore prefuerit, dare omni anno in mense sept. star. II de bono grano et star. II de puro milio bono, sicco, ad star. currens Luc. predicto abbati vel eius successori, data et consignata in mon., nominatim de petia una de terra, q. est cultra una, in confinibus de Tassingiano ¹ in l. u. d. ad Boscum; que tenet: unum caput in exola, alterum cum uno latere in terra filiorum qd. Gontinelli, alterum latus in terra filiorum qd. Bernarducii. Acta sunt hec in predicto mon., presentia: Martinelli qd. Iohannis et Mangetti qd. Obertelli et Petri qd. Rainucini. A. MCXCIII, VI id. aug., ind. XI. Aldricus iudex ac not. imp.

Originale: H. 46.

¹ Cf. i tre rog. precedenti.

1693.

Lucca, 24 Agosto 1193.

A. MCXCIII, IX kal. sept., ind. XI. Nos Segnorectus qd. Gerardi et Pisa eius uxor et filia qd. Orsichi, mihi Pise consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Petri iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Caroni presb. et can. et camerario eccl. et canonice S. Martini, recipienti pro te et presb. Giaffari socio et confratre tuo et pro toto capitulo eiusdem eccl., tria star. et medium de grano et unam quarram de milio omni anno in perpetuum super totum meum melioramentum, quod ego habeo super tres petias de terris, q. sunt campi, in l. et fin. Guindolfo u. d. in Arcuata, quas detineo per libellum a suprascripta canonica, unde in alia parte reddo omni anno II star. et medium grani et unum et medium de fabis et unam quarram milii, cum star. Luc. venditorio; prima tenet: unum caput in via publica, alterum in

terra Mathi qd. Iohannis, latus unum in terra Lamberti qd. Bosi, alterum in terra quam detinet Manganellus a suprascripta canonica; secunda est u. d. in Tavolaia, que tenet: unum caput in terra, quam detinet predictus Mathus, alterum in Guindolfo, ambo latera in terra suprascripte canonice, quam detinet predictus Manganellus et Petrus; tertia est ibidem, que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra et Guindolfo * *, latus unum in terra, quam detinent suprascripti Manganellus et Petrus a suprascripta canonica, alterum in terra Ugolini da Villa. Tibi suprascriptam blavam, ad opus canonice, vendimus et tradimus et cedimus atque mandamus; ita tamen quod ego vel mei heredes ac proheredes debeamus reddere per singulum annum tibi vel tuis successoribus ac prosuccessoribus, preter illam blavam quam solitus sum reddere omni anno per libellum de suprascriptis terris, tria star. et medium de bono grano sicco et rationabiliter mundo et unam quarram de milio cum star. Luc. venditorio in illo mense et l. quibus aliam blavam debeo reddere. Recepimus pretium a te in veritate et non spe future numerationis libr. vii et sol. v den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et tre[guan]orum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Lucam distringeret. Act. Luce, intus claustrum canonice suprascripte eccl. [S.] m. iugalium, Segnorectus uxori sue consensit, et ego Petrus iud[ex] imp. his omnibus interfui et Pisam interrogavi. Insuper Segnorectus presb. Caroni convenit et pro[m]isit et se] suosque heredes ac proheredes obligavit et omnia bona sua presentia et futura iure pignoris obligavit dare omni anno in perpetuum su[pr]ascriptam blavam, sub predictis penis. S. m. Forensis qd. Guicciardi, Villani qd. Ildebrandini, Baronis qd. Martini tt. Petrus sacri pal. iudex et not. imp.

Originale: L. 172; Regestum A, c. 37 v. Nel verso della carta, di mano del sec. XIII: De terris in Guindolfo, in Arcuata, star. vi grani et III inter fabas et milium.

1694.

11 Ottobre 1193.

Guido archipresb. et can. canonice et eccl. S. Martini et magister Caro atque magister Palmerius canonici eiusdem eccl. pro se et pro suis confratribus canonicis et

pro ipsa canonica et capitulo concordēs fuerunt cum Bello et Macco consulibus vicinantiē S. Viti pro ipsis et pro eorum vicinis omnibus seu vicinantiā S. Viti eisquē firmiter locaverunt quod quamvis ipsi consules seu vicini in presenti seu noviter precibus eorundem canonicorum debeant eligere seu elegerint aliquem clericum in eccl. S. Viti, quod propterea quod precibus eorum elegerint quod ullo tempore non debeat ipsis consulibus vel eorum successoribus seu ipsis vicinis aliquod preiudicium generari vel fieri, vel eorum ratio seu usus vel consuetudo diminui, immo sit ipsis salva omnis ratio et usus atque consuetudo, quam ipsi consules et vicini habent usque hodie circa eligendum presbiteros et clericos in ipsa eccl. S. Viti. Hec acta sunt coram Talento scutifero Boneiunte iudicis et Piero atque Tortoso de S. Vito. (A.) MCXCIII, v id. oct., ind. XII. Bonaiunta iudex et not. imp.

Originale: E. 124. Nel verso, da mano del sec. XIII: Item carta, manu Ciabacti, de electione presb. Pagani, (?) MCCLII, mense febr.

1695. *Chiesa di S. Sensio (Lucca), 23 Ottobre 1193.*

Tancredus causidicus et Soffredus Partis Luc. causarum consules et treguani, in eccl. S. Sentii residentes, bonorum hominum presentia quorum nomina inferius continentur, investierunt presb. Morettinum rectorem hospitalis S. Martini, quatinus ipse pro hospitale et ipsum hospitale per eorum parabolam et ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate esset in tenere et possessione in una petia de terra, q. est campus et vinea insimul comprehensa, in l. et fin. S. Fridiani de Arsina, et tenet: unum caput in terra Pignori qd. Martini, aliud in terra filiorum qd. Genovesis, quam ab eis tenet Scottus, latus unum in terra S. Concordii, aliud in via publica. Quam terram ipse rector pro hospitale per suam petebat a Martino de la Rocca qd. Guittonis, ea ratione, quia dicebat illum per triemnum et per contumaciam stetisse, quod non solvit redditum grani, quem inde hospitali faciebat. Qui Martinus una vice pro tribus inquisitus ad iustitiam faciendam venire contempsit. Tali lege atque tenore, quod qualicumque die dehinc ad unum proximum annum Martinus venerit etc., convenienti pignore in manus consulum et treu-